DIRIGENTE

TRINUNO NUMINE

Diſſertationem hanc Juridicam

DE

INTERDICTIS.

Ex permiſſu

Magnifici ac Nobiliſsimi Senatus Facultatis Juridicæ in Illuſtri ad Salam Academia,

TECA NAZ. ... NA A ... EN ...

SUB PRÆSIDIO

Viri Ampliſsimi, Conſultiſsimi & Excellentiſsimi

DN. VALENTINI RIEMERI,

JCti celebratiſsimi, Prof. Publ. nec non Scabinatus, qui hîc eſt loci, Aſſeſſoris meritiſsimi, Præceptoris, Fautoris ac Promotoris ſui omni obſervantiâ & honoris cultu ætatem proſequendi.

Publicæ placidæq; diſquiſitioni ſubjicio

CHRISTOPHORUS RÜGERUS,

Iſnaco-Thuring.

In Acroaterio JCtorum

Ad diem 25. Septembr.

JENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI,

ANNO

clɔ Iɔ c xxx.

Illuſtriſsimo ac Celſiſsimo Principi
ac Domino,

Domino JOHANNI

ERNESTO, Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ
ac Montium, Landgravio Thuringiæ, Marchioni
Miſniæ, Comiti de Marca & Ravenſpurg, Dynaſtæ
in Ravenſtein;

Principi ac Domino ſuo clementiſſimo &c.

UT ET

*Illuſtriſſimæ, Celſiſſimæq; Principiſſæ
ac Dominæ,*

Dominæ CHRISTINÆ, Duciſſæ Saxoniæ,

Juliæ, Cliviæ, ac Montium, Landgraviæ Thuringiæ,
natæ Landgraviæ Haſſiæ, Marchioniſſæ Miſniæ,
Comitiſſæ de Marca & Ravenſpurg;
Dominæ in Ravenſtein;

Principiſſæ ac Dominæ ſuæ clementiſſimæ,

Γύμνασμα *hoc Academicum*

*Pro immortali gratioſæ in ſe propenſionis & munificentiæ
memoriâ conſecrando;*

Illuſtriſs.is ipſ. CC.bus
ſe ſuamq; ſalutem
uti debet

*Humilimâ ſubjectione
commendat*

Chriſtoph. Rügerus,
Jurium Stud.

α | ω

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

QVandoquidem ſummæ non immeritò reputatur eſſe dementiæ, in tanta temporum egeſtate ſupervacua addiſcere, graviter ſic monente Senecâ, ab eoque non abludente JCto *in l.25. de liber. leg.* quando cottidiana quæ ſunt, plenius jubet attingere; non abs re me facturum exiſtimavi, ſi in vaſtiſsimum juris noſtri oceanũ ingenioli mei cymbam aliquando deducturus in illa difficilima quidem, utilitate tamen longè majori indulcata Interdictorum materia operam ac negocium inſumerem, cui rei nullâ vendibili vino ſuſpensâ hederâ, bono cum Deo me accingo; ſit ergò:

Thesis I.

Interdicta dicuntur propriè (a).*ab interdicendo, hoc eſt, vetando aut prohibendo.* (b)

Fieri amat, ut quoties JCti noſtri rem arduam ac intricatam aggrediuntur, omnium primò eam ab Etymologia ac definitione auſpicentur; Et rectè; cum potiſſima laboris pars in ipſis explicandis præludiis frequentiſſimè conſiſtat, *Ampliſſ. & Conſult. Dn. Præſes, Dominus & Præcept. meus debito honore proſequend. Diſp. de Contract. 1. th. 1.* quorum ductum ac præ-

ſcriptum me hic ſequi, jure methodi admoneor. Verùm cum duplex ſit definitio; Nominis & Rei, illam huic præliminare operæ fuit precium, *arg. l 1. de reb. cred.* Siquidem à cognitione nominis plerunque in ipſius rei cognitionem, cum nomina rebus conſequentia eſſe debeant, introducimur §.3. *Inſt. de donat.* Dixi autem *propriè*; idque cum *Treutl.vol.2. Diſp.25.th.i. lit.a.* ut ſubinnuam, hanc Nominis notationem & Grammaticam & Logicam, adeoque veriorem eſſe illâ, quâ utitur Juſtin. in §.*1.Inſt.de Interd. Interdicta appellari, quod inter duos dicantur &c.* Itemque eâ, quæ *Cujacio in Parat. ff. & C. hîc. Alciat. 3. Parerg. 15. & Don. ad rubr. C. hîc: n. 3.* arridet, quod interdicta appellata ſint, quaſi interim dicta; Hæ enim alluſiones potius & à proprietate verbi paulò remotiores videntur; *Bach. ad Treutl. d. l.* (b) *arg. l.1. ut in flum. publ. Coraſ. ad l. quoties de ſervit. n.2. Weſenb. Parat. hîc n.3.* Omnia enim Interdicta prohibitoria ſunt vel expreſſè, ut in ſpecie ita vocata, vel tacitè, ut Reſtitutoria & Exhibitoria, quatenus eorũ juſſiones vim prohibitionis habent, *Weſenb. d. l. add. Mindan. tr. de Interd. Comment. 1. n. 34. ſeqq.*

II.

Interdicta ſunt (a) *hodiè* (b) *actiones* (c) *in factum* (d) *extraordinariæ*, (e) *quæ propriè* (f) *de poſſeſſione* (g) *vel quaſi* (h) *maximè* (i) *competunt.*

(a) Sequitur definitio Rei, quæ pro diverſitate juris antiqui & hodierni & ipſa diverſa eſt, Nam (b) Jure veteri ſicut circa actiones intentandas certas ſolennitates introductas fuiſſe conſtat ex *l.2.§.6. de* O. I. adeò ut ſi quis vel in ſyllaba erraret, caderet totâ causâ, *Schneidw. ad h.t.n. 26.* Ita & Interdicta olim erant formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat, *pr. Inſt. de Interd.* vel potiùs juſſa & præcepta Prætoris, quæ certis conſtabant formulis, *Bachov. ad Treutl d. th.1. lit. b. add. Theoph. ad d. pr. Inſt. h.t. & Weſenb. in Parat. C.h.t.n.3.* Quæ ipſa tamen ab Edictis differebant, ut effectus à ſua cauſa, & quod Edicta tanquam in abſtracto, & ſine mentione certæ perſonæ à Prætore

propo-

proponerentur, & quaſi Leges Prętoris jus generale ad omnes pertinens continerent; Interdicta verò ex Edicto ſeu jure iſto generali contra certam perſonam in individuo redderentur, & quaſi jus particulare ad ſolos litigantes reſpicerent. *Weſ. d.l. n. 7. Bach. ad d.th.1. lit.c.* (c) *pr. Inſt. h. t. l.3. C. eod. l.37. in fin.pr. de O. & A. l.3. pr. de mort. infer. l.43. ad L. Aquil.* quibus ſublato veteri Interdictorum uſu ad exemplum interdicti utimur, *§. fin. Inſt. h. t. l. pen. & ult. C. eod. l. fin. C. de lib. exhib. Magnif. & Conſult. Dominus Foman. Doctor & Præcept. meus plurimùm venerandus, Diſp. ad Inſtit. 35. th.11. lit. b.* Sic enim Juſtinian. *ſequitur*, inquit, *ut diſpiciamus de Interdictis ſeu actionibus, quæ pro his exercentur*, eodemque ſenſu Tribonianus inſcripſit hunc titulum; *de interdictis, ſeu actionibus, quæ pro his competunt*, quæ differentia, uti optimè apparet *ex d. l. ultim. C. hic*, in eo verſari videtur, quod olim præcedente Interdicto ſeu juſſu Prætoris ſub certa formula, & ita ex cauſa interdicti actio utilis reddita fuerit; Hodiè verò ruptis iſtis ambagibus, ſine interdictis judicetur, & ſimpliciter, rectà & à principio actio proponatur, eodem effectu, qui olim erat, cum ex cauſa Interd. utiles actiones redderentur. *§. ult. in fin. h. t. vid. Bach. ad Treutl. d. Diſp. th. 1. lit. c.*

Q. **An verò actiones iſtæ, quæ tàm olim ex cauſa Interdictorum reddebantur, quàm quæ hodiè rectà proponuntur, in rem ſint vel in perſonam?** acriter inter ſeſe Dd. digladiantur; In ardua hac Controverſia, quâ non immeritò ſubſtiterim, uti in alio difficili loquitur *Ulp. in l. 33. pr. de Procur.* ſequor doctrinam *Ampliſſ. & Conſult. Dn. D. Præſid. in decad. 14. Illuſtr. quæſt. 5.* videlicet, non uniusmodi eſſe Interdicta omnia; quædam enim ſecum ducere obligationem, putà ex conventione, facto, vel delicto aliquo, & eatenus eſſe perſonalia, quædam verò non ex obligatione, ſed ex jure aliquo ſaltem quaſi dominii competere, & eatenus, quoniam contra quemcunque qui rem tenet, diriguntur, in rem eſſe. *arg. §. 1. Inſt. de action. l.25 de O. & A. add. Mindan. d. tr. c. 7. n.42.* (d) cujuſmodi actionum in jure noſtro quatuor obſervantur genera; Alia enim eſt, quæ ſubſidiaria in factum actio dicitur, & generaliter contractus & actionis nomine deficiente ex æquitate competit, ut in *l. 11. de dol. mal.* Alia quæ obtinet in contra-

 ctibus

ctibus innominatis,& eadem eſt cum actione præſcriptis verbis *l. 22. in fin. præſcript. verb.* Alia quæ datur in locum & ſubſidium Legis Aquiliæ *§. fin. Inſt. ad L. Aquil.* Alia denique quæ loco interdictorum competit,& hujus loci eſt propria, *§ fin. Inſt h.t.* propterea in factum dicta, quod in libello ejus ſeries facti ſimpliciter narratur, & concluditur; Quia tu hoc feciſti &c. Ideò peto &c. *Schneidw. ad pr. h.t. n.36. &c.* (e) *d. §. fin.* tùm ratione formularum ſublatarum, quomodo omnia judicia extraordinaria ſunt; *d. §. fin.* tùm ratione proceſſus, qui in his non ſolennis eſt & plenarius, ut in petitoriis, ſed ſummarius & extraordinarius, *arg. l. fin. C. quor. bon Bach. ad d. th.1. lit. c.* (f) Interdictorum enim in genere uſurpatorum uſus latiſſimus eſſe poteſt, quibus magiſtratus pro re nata in variis negociis, judicialibus & extrajudicialibus utatur, quæ pleraq; proponit *Mindan. d. tr. Comment. 4. per tot.* Jure tamen noſtro Interdicta propriè & in ſpecie dicuntur, quæ regulariter ſuper cauſa poſſeſſionis à Prætore erant propoſita, *arg. l. 24. de R. V. add. Weſ. hic. n.5.* (g) *d. pr. Inſt. h.t.* non ſolùm illâ, quæ eſt acceſſio dominii, & propterea ſemper eſt cum affectione Domini, ſed etiam de quavis alia juſta vel injuſta poſſeſſione, *arg. l.1. §.30. de vi & vi arm. l.1. §.9. cū ll. ſeqq. Uti poſſid. Conſult. Dn. Præſ. Dec. 14. Ill. quæſt. 6.* Vocantur ob hoc Interdicta remedia ſeu judicia poſſeſſoria, ſicut vindicationes petitoria, *Schneidw. d. l. n.3.* ubi ſimul de utilitate poſſeſſorii. *poſt §.4. Inſt. de Interd. vid. latè eund. d. l. n.7. ſeqq.* (h) Utputa rerum incorporalium & jurium. *l. 8. §.5. in fin. ſi ſerv. vind. l. fin. de ſervit. l.3. §. pen. de vi & vi arm. Schneidw. ad pr. Inſt. h. t. n. 41.* Imò & pro uſu rerum quæ poſſideri nequeunt, ut rebus ſacris, Relgioſis, homine libero &c. *l. 23. § fin. l. 30. §. 1. de acquir. poſſ.* Interdicta competunt, ut apparebit ex infrà dicendis &c. (i) *d. princ. Inſtit. hic.* Sunt enim nonnulla, quæ etiam cauſam proprietatis continent. *l. 2. §. 2. h. t. l. 1. §. ult. de aq. quot. l. 3. §. 12. & 13. de itin. actuq; priv.* non quidem per conſequentiam ſaltem, ut vult *Don. ad rubr. C. h. t. n.6 Weſenb. Parat. ff. eod. n.8.* ſed imò, uti videtur, principaliter, *argum. d. l. 3. §. 12. l. 2. §. 2. de Interd.* quoniam de poſſeſſione eo præcipuè reſpectu dicuntur Interdicta, quod cauſa

cauſa proprietatis ea nō ingreditur, ſed qui poſſeſſionem probat, vincit, quod cum in caſibus iſtis ſecus ſit, ſequitur iſta interdicta recte ab aliis hac in re ſeparari, diverſamque ab iis naturam obtinere; *Bachov. ad Treutl. d. th. 1. lit. c.* An verò petitorium judicium cum poſſeſſorio rectè in eodem libello cumuletur? quæſtionis eſt; Actiones quæ 1. ex diverſis cauſis ad diverſa tendunt, nec 2. invicem ſibi præjudiciales, aut 3. contrariæ ſunt, *Mind. de Proceſſ. exec. lib. 3. c. 10. & 11.* regulariter cumulari poſſe, ſatis evincit *argumentum l. 11. de Juriſdict. & t. t. extr. de cauſ. poſſ. & propr. Gail. lib. 1. obſ. 63. n. 1. Mynſ. cent. 5. obſ. 25. circ. fin.* Num ergò & hic poſſint, ex eo dubium oritur, quod 1. in genere deficere videatur primum requiſitum, dum & petitorio & poſſeſſorio nihil aliud peti videtur, quàm poſſeſſio, adeoque utraque actio ad idem tendit; 2. quod in ſpecie in Interd. poſſeſſ. retinendæ tertium deſideretur, quoniam contraria ſint, ſi actor fateatur reum poſſidere, quod facit in petitorio per *§. 1. Inſt. de act. l. 25. de O. A.* & nihilominus petat, ut ſibi poſſeſſionem retinere liceat, quod ipſum intendit in poſſeſſorio *per vulgg.* Quibus rationibus ſummæ autoritatis viri permoti eo traducti ſunt, ut ex illis aliqui judiciorum horum cumulationem omninò negarint, quos inter eſt *Giphan. ad l. 3. C. h. t. & Don. ibid. num. 8.* Alii permiſerint in Interd. Adipiſcendæ & Recuperandæ, denegarint v. in retinendæ poſſeſſionis; *Ampliſſ. & Conſult. Dn. D. Præſes d. Dec. 14. quæſt. 6.* Quæ poſterior ſententia etſi communior, ſalvâ tamen illi tentabimus, annon idem etiam in Retinendæ poſſeſs. interdictis defendi, adeoque quæſtio noſtra in totum affirmari poſſit per *l. 12. §. 1. de A. P. l. 18. §. 1. de vi & vi. arm.* Quæ enim cauſa eſt, cur non impediatur regreſſus à petitorio ad Interdictum retinendæ, eadem operatur quoque, ut in uno eodemque libello ea ſibi non contrariari intelligantur. Vide pro hac ſententia ſtantes. *Hottom. Illuſt. quæſt. 31. Fachin. 8. Contr. 6. Mynſing. Cent. 6. obſ. 93. Clariſſ. Dn. D. Ungepaur. olim Doctorem meum pl. honorandum, Exercit. Juſtin. 16. quæſt. 1.* Illud hic porrò not. Præter interdicta & alia remedia eſſe, quibus poſſeſſio petitur; *Schneidw. ad pr. hic. n. 40.* de quibus vid. *Giphan. ad tit. C. eod.*

Q.

III. *Diri-*

III.

Dividuntur Interdicta variè. (a) *Nos præcipuas diviſionum ſpecies, à Juſtin. & Juris noſtri compilatoribus enumeratas ita fortè commodùm complectemur, ſi eas partim referamus ad Interdictorum:* 1. Materiam; 2. Formam, *quà internam, quà externam,* 3. Finem *ſeu* effectum & *partim* 4. ad Adjuncta.

(a) Vid. *Mind. d. tr. Comment. 7.* qui numero 30. diviſiones proponit, & *Weſ. in Parat. ff. hîc. n. 4. Schneiw. ad §. ſumma a. 1. Inſt. eod. nu. 1. ſeqq.* Una enim res ſecundum varias conſiderationes variê poteſt dividi; *Schneidw. d. l.* quamvis neceſſum non ſit, ut omnes illæ diviſiones in certa & accuratè oppoſita & ſibi invicem ſubjecta membra redigantur, modò de re ipſa conſtet; *Bachov. ad Treutl. d. th. 1. lit d.*

IV.

Ratione 1. Materiæ (a) *Interdicta alia pertinent ad Res divini juris* (b) *alia ad ea, quæ ſunt hominum; Et horum quædam reſpiciunt illa, quæ nullius numerantur in bonis,* (c) *quædam ea, quæ ſunt alicujus; Hæc viciſſim vel publica ſunt, quò ſpectant interdicta ad publicam utilitatem pertinentia,* (d) *vel ſingulorum, quò pertinent, quæ vel ob Univerſitatem* (e) *vel Res ſingulas* (f) *competunt.*

(a) *Weſenb. d. loc. l. 1. l. 2. §. 1. h. t.* (b) Uti ſunt, quæ dantur de locis Sacris, *Ne quid in loc. ſacr. fiat.* Religioſis; *de Mort. inſer. de ſepulcr. ædific.* ſanctis, ut Muris & portis civit. *l. 2. & ult. Ne quid in loc. ſacr.* (c) Velut interd. *de liber. homine exhib.* (d) Cujusmodi ſunt interd. 1. de locis publicis, *Ne quid in loc. publ. vel itin. fiat. De loc. publ. fruend.* 2. De viis publicis; *De via publ. & ſi quid in*

quid in ea fact. eſſe dic. De via publ. & itin. publ. reſic. 3. De fluminibus publicis. *Ne quid in flum. publ. fiat. Ut in flum. publ. navig. ſit. De Rip. muniend.* (e) Ut Interd. *Quorum bon.* (f) Qualia ſunt Interd. *Uti poſſid. & Utrubi.* Idem Interd. *de Itin. act. priv. &c.*

V.

II. *Ratione* Formæ (a) *& quidem Internæ Interdicta quædam ſunt* ſimplicia, (b) *quædam* duplicia. (c) *Ratione verò Externæ diſcernuntur formulâ Interlocutionis, ſuntq; alia* Prohibitoria, *alia* Exhibitoria, *alia* Reſtitutoria, (d) *alia deniq;* Mixta, *id eſt, quæ & prohibitoria ſunt, & Reſtitutoria.* (e)

(a) *Eguin. Baro ad §.1. Inſt. hic.* (b) §.7. *Inſt. h. t.* In quibus ſc. conſtat, uter actor ſit, uter reus, qualia ſunt omnia Reſtitutoria & Exhibitoria; Prohibitoria etiam plæraque *d. §.7. & l.2. eodem.* (c) In quibus par utriusque litigantis eſt conditio, nec quisquam præcipuè actor vel reus intelligitur. *d. §.7. hic.* Cujusmodi ſunt Interd. Uti poſſid. & Utrubi; Item quod inter Rivales redditur de aqua *l.1. §.26. de aq. quot. & æſt. Cujac. 4. obſ. 11.* Imò & alia quædam tàm recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis *d. l.2. in fin. de Interd.* quæ nim. ejus generis ſunt, ut eadem ſit utrìusque litigantis conditio, ut in Interd. Unde vi & de vi arm. *l.3. §.9. de vi arm.* Item in Interd. Salviano *l.1. §.1. de Salv. Interd.* In hiſce verò Interdictis eum actorem intelligimus, qui prior ad judicium provocavit, & ſi de eo non conſtet, quem ſors actorem fecit, quod uti in mixtis quidem actionibus obtinere indubium eſt, ita non malè huc quoque accommodari poſſe putat *Schneidw. ad d. §.7. Inſt. h. t. n. 5. Vult. ad h. §. n.3. 4.* (d) §.1. *Inſt. h. t. l.1. §.1. eod.* de quibus ſingulis ſpeciatim th. ſeqq. (e) *d. l.1. §.1. hic.* Ut Interd. Ne vis fiat. *l.3. §. pen. eod.* Ne quid in loco publ. *l.2. §.20. & §.35. eod.* cum ſimilib.

VI.

Prohibitoria *ſunt, quibus Prætor vetat ali-*

quid fieri (a) *Ejuſmodi quatuor duntaxat* (b) *ab Imper. recenſentur, quorum* primum eſt. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, (c) *eoq; experitur, qui ſine vitio, hoc eſt, Prætoris autoritate ac juſſu* (d) *in poſſeſsionem bonorum miſſus*, (e) *dolo malo* (f) *impeditur, vel immiſſus dejicitur* (g) *adverſus quemcunq;* (h) *impedientem vel dejicientem, in id quanti res fuit, ob quam in poſſeſsionem miſſus erat.* (i)

(a) §. *ſumma autem 1. Inſt. h. t.* (b) Illis enim & alia adduntur, ut Interd. *Ne quid in loc. publ.* Interd. *de ſuperficiebus, De aqua quot. & æſt.* & ſimilia ad viginti uſque ut monet *Giphan. ad d.* §. *1.* (c) *d.* §. *1. Inſt. h. t. rub. & t. t. ff. Ne vis fiat.* Quod Interdictum *cum Treutl. d. Diſp. 25. th. 3. lit. a.* generalius eſſe, nec ad Interd. poſſeſſionis retinendæ reſtringendum cenſemus; *Diſſ. Menoch. remed. 1. n. 4. ſeqq.* (d) *arg. l. 11. de A. P.* Intellige verò de Prætoris juſſu ſeu decreto legitimè non ſubreptitiè, vel ex debito falſo, aut etiam tali, quod exceptione removeri poſſit, impetrato, hoc enim ipſo jure nullum eſt, nec prodeſt alleganti, *d. l. 1.* §. *5. h. t. Schneidw. d.* §. *n. 25.* (e) *d. l. 1.* §. *2. h. t.* V. G. Actor, qui ex primo decreto ſeu juſſu judicis propter contumaciam rei in ipſius bona mittitur, *Schneidw. d. l. num. 11. ſeqq.* Legatarius, qui ſub conditione vel in diem inſtitutus, nullâ ab herede cautione præſtitâ, ſecundum *t. t. ff. ut leg. vel fideic. nomine cav.* in poſſeſſionem ſervandorum Legatorum cauſa mittitur. *d. l. 1.* §. *2. & l. 3. h. t.* quâ immiſſione tamen nec dominium, nec poſſeſſionem rerum, ſed cuſtodiam tantùm conſequuntur. *text. in l. 5. pr. ut in poſſ. leg.* vid. *latè Menoch. rem. 3. retin. poſſ. n. 172.* Item Mulier quæ ventris nomine in poſſeſſionē mittitur. *l. 1. de quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur. d. l. 1.* §. *2. Ne vis fiat. &c.* Denique is, qui cauſa damni infecti immiſſus eſt in poſſeſſionem ædium vicinarum. *l. fin. h. t. l. 4.* §. *1. de damn. infect.* (f) *l. 1. pr. h. t.* Nec igitur opus eſt, ut vis & violentia interveniat, ſed ſufficit fallax machinatio *d. l. 1.* §. *3. h. t.* Quod ſi verò latâ culpâ quis impediat,

hoc

hoc interdicto eum non teneri verius eſt. *d.l.1.§.4.h.t. Schneidw. d.§.1.n.24.* (g) *l.1.pr. & §.1.2.3. h.t.* (h) Sive rei dominus is ſit, ſive alius, qui in favorem domini vel debitoris hoc faciat, *d.l.1.§.2.& l.2.pr. & §.1.h.t.* Si tamen filius voluntate patris vel ſervus voluntate domini prohibuerit, in patrem & dominum datur actio *d.l.1.§.7.* Idẽ eſt in tutore, qui nomine pupilli prohibuit. *d.l.§.6.* (i) *d.l.1.pr. & §.5.h.t. vid. Accurſ. ibi. ſuper verb. Intereſt.* An autem ita prohibens vel dejiciens in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto miſſum, incidat in pœnam *l.7.C. Unde vi?* Neg. vid. *Schneidw. ad d.§. num.27.* Q.—

VII.

Alterum *eſt de* Mortuo inferendo,(a) *quo probibet* (b) *Prætor, ne vis fiat* (c) *inferenti mortuum in eum locum*, (d) *ubi jus inferendi habet.* (e) *Item ne vis fiat*, (f) *ei qui ſepulcrum conſtituere vult.* (g)

(a) *d.§.1.Inſt.h.t.& t.t.ff. de mort. infer.* (b) Religionis & pietatis intuitu. *l.1.§.6.h.t.arg.l.27.de cond. inſtit.* & quia cuilibet ex permiſſione legis licitum erat in ſuo proprio loco facere ſepulcrum *§.9.Inſt.de R.D.* (c) Sive quis prohibeatur in locum inferre *d.l.1.pr.* ſive itinere arceatur *d.l.1.§.1.* puta ab eo, qui per fundum ſuum ſervitutem viæ ad iſtum locum debet. *d.l.1.§.3.* (d) Is illatione mortui fit religioſus. *d.§ 9.Inſt.de R.D.* & ſi plures uno ſint, quibus reliquiæ hominis ſepeliantur, ille tantùm, ubi principale, hoc eſt, caput *arg. l.17.C. de pœn.* eſt reconditum *l.44.de relig.& ſumt. fun.* Olim jure civili locus ſepulturæ erat extra civitates. *l.3.§.5.de ſepulc. viol.* Hodiẽ verò in cæmiteriis & in templis etiam ſepeliri poſſunt mortui *c.nullus 18.cauſ.13. quæſt.2. Clem. I. de ſepult.* Exceptis uſurariis & excommunicatis *d.Clem.I.de ſepult.& c.quia in omnibus 3.de uſur.* quo cum concordat Conſtit. Eccleſiaſtica Elect. Aug. *in art. general.cap.11.fol.327.* Item iis, qui mortem ſibimet ipſis intulerunt. *c.placuit.12.cauſ.13. quæſt.5.* Quibus tamen non adnumeramus reos criminum,

ultimo ſupplicio affectos *l.11.C.de relig. & ſumt. fun. c.fures extr. de furt. Can.quæſitum 30.ſeq. cauſ.13.quæſt.2.* Quid verò dicendum de heterodoxis, vel qui in uno atque altero fundamentali fidei articulo diſcrepant, iisne ſepultura honeſta deneganda? Contrariari videtur *l.9.C.de Hæret.& Manich.* Nos tamen cum diſtinctione affirmabimus; vid. *Adm. Rever. & Excell. Dn. D. Gerhard. Patronum ac Hoſpitem meum omni animi obſervantiâ perpetim colend. Loc. Theol. tom.8.n.90.* (f) Putà tàm prohibendo vel impediendo ædificare, *d. §.5.* quàm id agendo, ut labatur ſepulcrum *d.l.1.§.fin.* (g) *d.l.1.§.5.& 8.h.t.*

Q.

VIII.

Tertium *eſt* Ne quid in loco ſacro fiat, (a) *quo probibetur tàm in loco ſacro,* (b) *aliquid* (c) *ædificare vel facere, quàm ædificatum tollere.* (d)

(a) *d. §.1. Inſt. h.t. & t.t.ff. Ne quid in loc. ſacr.* (b) qui 1. vel Deo ritè conſecratus, *arg.§.8.Inſt.de R. D.* quo tamen non refertur ſacrarium. *l.1.§.1.h.t.* vel 2. qui ſanctione quâdam ab hominum injuria defenſus atque munitus, adeoque ſanctus dicitur, *§.10.Inſt.de R. D. l.8.ff. eod.* Uti ſunt portæ & muri civitatis. His enim ſine permiſſu Principis opus aliquod inſtruere non licet, *l.2.& 3.Ne quid in loc.ſacr.& l.9.de R.D.* pœnâ capitis in eorum violatores conſtitutâ *l.fin.de R.D.* quam pœnam tamen in muris tantùm urbis Romæ, non æquè alterius civitatis vel oppidi locum habere & humanius videtur, & in praxi magis receptum teſtatur *Jul. Clar. lib.5.ſent.§.fin.quæſt.68.n.29. Menoch. A. J. Q. lib.2. caſ. 483. n. 6. Clariſſ. & Conſult. Dn. Ungepaur. olim Doctor & Præceptor meus plur. colend. Exerc. Juſt.5.quæſt.2.* (c) Putà quod ædificio ſacro noceat, vel ad deformitatem ejus tendat *d.l.1.§.2.h.t.* Quæro hîc: An locus ſacer eſſe deſierit, qui olim divino cultui à Papicolis deſtinatus à Noſtris poſtmodum in Scholã, Hoſpitale, Xenodochium &c. eſt converſus? Proindeque, quod à ſcopo quidem noſtro paulò alienum, ſed tamen quæſtioni huic cohæret; An reditus iſti loco quondam debiti hâc converſione tanquam

Q.

Q.

quam

quam in alium & diverſum uſum tranſlati, fiant caduci? Negamus, *Conf. expreſſ. text. in R. A. de Anno 1555. §. Dieweil aber etliche Stände. &c. Add. arg. text. l. 6. de uſufr. leg. l. 4. de admin. rer. ad civ. pertin.* ubi Br. exemplum ponit in teſtatore, qui pro Miſſis canendis centum legaverat, quæ ſi propter interdictum Eccleſiæ Miſſa non poſſit cantari, in alium pium uſum converti omninò debent; *vid. diſc. 10. apud Magnif. & Nobil. Dn. D. Arumæum &c. vol. 2. J. P. n. 38.* (d) *l. 1. pr. hic. l. 2. §. 19. Ne quid in loc. publ.*

IX.

Quartum *eſt* Ne quid in flumine (a) publico (b) ripavè ejus fiat, (c) *quo pejus* (d) *navigetur, vel quo aliter aqua fluat, quàm priori æſtate fluxerit.* (e)

(a) Perenni ſc. & quod perpetuò currit, ſecus eſt in torrenti *l. 1. §. 3. de flum.* (b) In privato enim flumine hoc Interd. ceſſat *d. l. 1. §. 4.* Publicum autem flumen illud demùm exiſtimatur, quod eſt navigationis capax, & per publicum alveum curſum ſuum dirigit; *Dn. Andr. Knichen. tr. de Sax. priv. c. 5. n. 135.* Et ad hoc propriè Interdictum hoc Prætoris pertinet *d. l. 1. §. 11. de flum.* Utiliter tamen in flumine etiam non navigabili competit. *d. l. 1. §. 12.* (c) *rubr. & t. t. ff. de flumin.* putà extruendo aliquid vel immittendo. *l. 1. pr. h. t.* (d) *d. l. 1. §. 11. verſ. Non autem §. 15. eod.* Quoties igitur aliquid fit, quo nec publico uſui nocetur, nec principaliter alterius commodùm impeditur, Interdictum hoc ceſſat, *arg. d. §. 11. propter §. 2. Inſt. de R. D. l. 4. in fin. l. 5. & 6. pr. eod. l. 45. de uſurpat. l. 24. de damn. infect. l. 21. de aq. & aq. pluv. arc. Magnif. & Conſultiſſ. Dn. D. Foman. Præceptor & Dominus meus omni honore cultuq; debito proſequend. in prælect. publ. ad c. cum ex officii 16. extr. de præſcript. quæſt. 6.* (quamvis Jure hodierno flumina publica inter Regalia referantur *c. un. Quæ ſint Reg. 2. F. 56.* adeoque ſine conceſſione Principis tacita vel expreſſa in iis aliquid facere nemini privato liceat, *Schmeid. ad h. t. §. 1. n. 66.*) Quæri hic poteſt: Si Mævius in inferiori parte fluminis publ. habeat Q.

molendinum, & Titius velit in ſuperiori parte ejusdem fluminis aliud molendinum conſtruere, poſſitnè à Mævio prohiberi? Et per modò dicta negamus, niſi 1. Titius æmulandi, id eſt, nocendi animo ædificet. *l. 1. §. 12. de aq. & aq. pluv.* Nam ſi aqua utriq; ſufficiat, & is ſui emulumenti cauſa conſtruat, non eſt impediendus, licet in conſequentiam alteri concurſum molientium adimat, *Jaſ. in l. quo minus ff. de flum. n. 38. Dan. Otto de J. P. c. 11. pag. (mihi) 426. ab eoq; allegg.* cum quo concordat etiã Weichbild *ſub rubr.* Wie man Teiche vñ Mühlen von newem bawen ſoll. 2. Niſi Mævius, qui antè Molendinum ibi conſtitutum habuerat, Titium extruere conantem prohibuerit, Titius prohibitioni patientiam præſtiterit, eidemque interdicto ſeu prohibitioni ſpacium lege definitum acceſſerit, tunc enim prohibitio, cui prohibitus acquievit, in poſſeſſione eum conſtituit, qui poſſeſſor alioquin non eſt, *arg. l. 7. de diverſ. & temp. præſcript. l. 15. de Uſucap. Menoch. de A. J. Q. caſ. 160. n. 10. Köppen. p. 1. obſ. 68. n. 12. ſeqq.* (c) *l. 1. pr. & t. t. Ne quid in flum. publ.* differt hoc à priori, quod tàm in flumine navigabili, quàm non navigabili competat. *d. l. 1. §. 2. hic. &c.*

X.

Reſtitutoria *ſunt*, (a) *quibus Prætor reſtitui aliquid* (b) *jubet; Eorum ab Imper. noſtro duo tantùm* (c) *enumerantur* (d) *videl. Interdict: Unde vi, & Interd. Quorum bonorum.* (e)

(a) *d. §. ſumma autem 1. Inſt. h. t.* (b) Interdum poſſeſſionem rei, *t. t. Und. vi. cum ſimil.* Interdum v. factum ipſum, ut ſublatis iis, per quæ res erat immutata, in antiquum ſtatum & formam reducatur. *l. 2. §. 35. Ne quid in loc. pub. l. 1. pr. Quod vi aut clam. Weſ. Parat. ff. de Interd. n. 4.* (c) Sunt enim & alia, ut Interd. Quod Legatorum, Quod vi aut clàm, Quod in flum. publ. Quod in via publ. (d) *d. §. 1. Inſt. d. t.* (e) De quibus infr. ſuo loco latius. Illud hic not. quoniam poſterius hoc interdictum non pro recuperanda ſed adipiſcenda demum poſſeſſione competit, *§. 3. verſ. ideò. Inſt. h. t. de Interd.* impropriè & abuſivè dici reſtitutorium.

rium. *argum. l.94. de V. S. gl. in fin. hic. Weſenb. in Parat. ff. h. t. num. 4.*

XI.

Exhibitoria *ſunt*, (a) *quibus Prætor jubet aliquid exhiberi*, (b) *& competunt, vel pro exhibenda* re; *uti eſt Interd. de Tabulis exhibendis*, (c) *vel pro exhibenda* perſona, *quæ ab aliquo invita* (d) *& dolo malo* (e) *detinetur; Ejusmodi ſunt tria: 1. Interd. de liber. homine exhibendo*, (f) *2. de liberis exhibendis & ducendis*. (g) *3. de libertis exhibendis*. (h)

(a) *d.§.1. Inſt. h. t.* (b) id eſt, præſentiam corporis præberi *l.22. V. S.* in publicum produci, videndi tangendique facultatem dari *l.3. §.8. de hom. lib. exhib.* (c) *t. t. ff. &* C. *de tabb. exhib.* Compens contra eum, qui tabulas teſtamenti *l. 1. pr. d. t.* vel ea omnia, quæ ad cauſam ejus pertinent, *d. l.1. §.2.* dolo malo celat vel amovet *d. l.1. §.3. h. t. Confer Weſenb. in Parat. ff. h. t.* (d) *l.3. §.5. de lib. hom. exhib. & arg. l.1. §.4. de lib. exhib.* (e) *l.1. de lib. hom. exhib. & l.1. de liber. exhib.* Secus ergò ſi ignoranter aut ex juſta cauſa; *Schneidw. d. §. 1. Inſt. de Interd. n.77.* (f) quod officii tuendi cauſa inventum dicitur. *l. 2. §. 1. de Interd.* Reſpicit enim officium & affectionem naturalem hominis, libertatem alterius hominis tueri; *arg. l.7. in fin. de ſerv. export. l.6. de appell.* Proinde cuivis, etiam extraneo Interdictum hoc competit, *l.3. §.14. de lib. hom. exhib. vid. Cujac. 19. obſ. 17.* (g) quod datur ſui juris tuendi gratia *d. l.2. §.1. de Interd.* utpote patri ratione patriæ poteſtatis pro exhibendo & abducendo filio detento *l.1. de liber. exhib.* Datur etiam marito contra patrem, detinentem filiamfam. uxorem, quæ ſuborto fribuſculo (*quod verbum ſemel duntaxat in jure noſtro legi in l.32. §.12. de donat. inter vir. & ux. notavit Alciat.*) aufugit; *l.2. h. t.* adde tamen *c. ex transmiſſa 8. & ibi Cc. extr. de reſtit. ſpol.* (h) *l.2. §. 1. verſ. juris de Interd.* quod ad ſimilitudinem prioris ratione Juris Patronatus Patrono competit. *Schneidw. d. loc. n.81.*

XII. *Sequi-*

XII.

Sequitur (a) Tertia *Interdictorum diviſio, ratione* Finis ſeu Effectus, *quâ tripliciter* (b) *conſiderantur Interdicta. Alia enim ſunt poſſeſſionis I.* Adipiſcendæ, *alia II.* Retinendæ, *alia III.* Recuperandæ, (c) *de quibus nunc ordine ſigillatim.*

(a) Hactenus de Interdictis propemodum in genere; Nunc ad ea devenio, quæ propriam & principalem materiam poſſeſſorii hujus judicii continent. (b) Sunt qui quartam addunt ſpeciem, confirmandæ videl. poſſeſſionis *Bl. in c.1. in fin. de prohib. feud. alien. per l.3. §.13. de Carbon. Edict.* ſed ea ab Interdictis retinendæ poſſeſſionis diverſa nō eſt, *arg. l.72. de Procur.* ubi qui conſervat, retinet rectè, *Menoch. in Prælud. retin. poſſ. n. 11. ſeq. Treutl. d. Diſp. th.1. lit. f. ibiq; Bachov.* (c) *d. §. ſequens 2. Inſt. h. t. & l.2. §.3. eod.* Rectè autem à JCto & Imper. noſtro hic ordo in recenſendis hiſce interdictorum generibus ſervatur, *arg. l. ult. de LL.* quia primum eſt, ut aliquid acquiramus, ſecundum, ut acquiſita tueamur, tertium ut amiſſa recuperemus. *Diſſ. Mind. d. tr. c.7. n. 24.*

XIII.

I. Adipiſcendæ *poſſeſſionis Interdicta ſunt, per quæ poſſeſſionem earum rerum, quas nunquam habuimus, nanciſcimur,* (a) *Eorumq;* Primum *dicitur,* Quorum bonorum, (b) *quod eſt Interdictum univerſale,* (c) *reſtitutorium.* (d) *datum à Prætore bonorum poſſeſſori* (e) *adverſus eum, qui pro herede* (f) *vel poſſeſſore* (g) *bona* (h) *poſſidet,* (i) *ut ea reſtituantur.* (k)

(a) *§. adipiſcendæ. 3. Inſt. h. t. Schneidw. §. 2. eod. n. 3.* (b) Ita nominatum ab initialibus verbis Edicti in *l.1. pr. Quor. bon. Giph. ad d. §.3. h. t.* (c) *l. 1. §.1. h. t.* hoc eſt ex fonte univerſali, putà

bonorum

bonorum poſſeſſionis ſive hereditatis, *l.63.de R.J.* deſcendens, *Schneidw. d. l. n.21. Weſenb. Parat. ff h.t. n.8.* Ita tamen, ut ad ſimilitudinem petitionis hereditatis, (cum qua in multis Interdidictum hoc convenire oſtendit *Schneidw. d. loc. n.35.ſeq.*) potius æſtimetur ex jure petentis, qui ſe ſucceſſorem intendit, vel etiam ex titulo poſſidentis, quàm ex ipſa re poſſeſſa, quoniam etiã qui pro herede rem ſingularem tenet, hoc interdicto convenitur *l.2.h.t.* ſicut quoque hereditatis petitione is, qui rem minimam poſſidet. *l.9.ſeq.de hered.pet.Bach.ad Tr. d. Diſp. th.1.lit.d.* (d) *§.1.Inſt.de Interd.vid.ſ.th.10.lit.e.* (e) qui videl. à Jure Prætorio ad ſucceſſionẽ defuncti vocatur, ſive id fiat Edicto, ſive decreto Prætoris *l.1.h.t.ibi: Ex edicto meo. l.1.§.4. ſi tabb. teſt.null.ext. l.5.§.3.de Leg.præſt. Menoch.de adipiſc.rem.1.quæſt.1.n.9.ſeqq. Mind.d. tr.p.2.tit.16.n.21.Hackelm.Ill.quæſt.D.21. th.3.lit.b.* cui neceſſarium fuit interdicto hoc ſuccurri, quoniã licet jus & dominium hereditatis tanquam heres adipiſcatur *l.1.de B.P.l.fin.C.qui admitt. ad B.P.* Ipſi tamen poſſeſſio corporalis non æquè, ut heredi per officium judicis *l.10.de pet.hered.* ſed actionis jure venit, quâ à poſſeſſore ea petenda eſt. *l.3.§.1.de B.P.l.23.de A.P.Weſ.Parat.ff.h. t.n.5.Schneidw.ad h.§.n.12.& 44.* Sicut autem Interd. hoc directò datur bonorum poſſeſſori, ita utiliter, & ex interpretatione datur etiam cuilibet heredi *l.1.C.h.t.gl.ſuper rubr.C.eod.Weſ. h. t. n.7.* putà ſucceſſori de Jure Civili (Nam heredi qui teſtamento quidem ſcriptus, repudiatâ autẽ ratione acquirendi ex Jure Civili, Prætorio jure heres effectus eſt, directò hoc Interdict. competere *contrà Tr.d.th.1.lit.g.* notat *Bachov.ibid.*) tàm ex teſtamento *Tr. d. l.* quàm ab inteſtato *Schneidw.d.l.n.13.* Datur etiam in quota bonorum, inſtituto, *arg.l.13.C.de her.inſt.Tr.d.l.ibiq́; Bach.* (f) putà qui contendit ſe heredẽ, cum tamen talis non ſit, ſive bonâ ſive malâ fide hoc faciat, *d.§.3.Inſt.de Interd.& l.11.de hered. pet.* (g) videl. qui quidem non contendit ſe heredẽ, ſed tamen ex cauſa ſive titulo univerſali poſſeſſionem prætendens nullo jure & de facto tantùm poſſidet, *d.§.3.& d.l.11.ſeqq.* Nam ſi quis titulo ſingulari, puta ex donatione vel Emtione eoq́ue valido *vet.l.13.de pet. hered.* poſſideat, Interdictum hoc ceſſat *l.1.ibiq́;gl. & Br.h.t.l.pen.C.Ex quib.cauſ.ceſſ.long.temp.præſcr.* uti & hereditatis petitio *l.9.C.de pet.hered.l.2.l.7.ibiq́; Dd.C.eod.propter c in pari.de*

R.J. in 6. vid. Schneidvv. d.l.n.17.add.Bachov.d. th.lit.h. Notandum ergò Agentem hoc interdicto exceptione dominii repelli poſſe, modò in continenti probari queat; *Menoch.d.loc.n.102. Tr. d. th.1.lit.g.ibiq; Bachov.* (h) Sive totam hereditatem ſive quotam ejus, ſive etiam res ſingulares contineant *per not.5. lit.e.* modò in ipſius defuncti bonis fuerint, ubi referre non putamus, an iſtæ mortis tempore per defunctum fuerint poſſeſſæ, an non, *per l.1.hic junct.l.52.de A.R.D. Schneidvv. ad d.§.3. Inſt. h.t. n. 32. Diſſ. Tr. d.th.1.lit.i.* Pertinent huc etiam non res ſolùm corporales, ut quidem vult *Schneidvv. d. n.32.* ſed etiam incorporales & jura, *arg.l.1.hic; junct. l.3.§.1. de B.P. arg.l.8.§.5.ſi ſerv.vind.l.1.§.4.l.3.§.13. de vi & vi arm. Menoch. de rem.1. n.83. Treutl. d.th.1. lit.i.Hackelm.d. D.th.4.lit.c Cl.Dn.Ludvvell. Fautor & olim Præceptor meus pl.ſuſpiciendus,Diſp.ad Inſtit.17.th.7.lit.c.* Item annuæ præſtationes reales, *Menoch.d.l.n.86.* (i) Et quidem, ut reus poſſideat vel detineat, adeò eſt neceſſarium, ut nemine poſſidente Interdictum hoc non competat; *ſecundum Dd.in l.fin.C.de Edict.D.Hadr.toll.Weſ.ad §.noſtr.Inſt.de Interd.* quod in beneficio *d.l.fin.* ſecus eſt, *Schneid.d. l.n.30.* Illud tamen non refert an reus poſſideat, vel dolo malo poſſidere deſierit. Nam adhuc tenetur hoc Interdicto ad actoris intereſſe. *l.1.pr.h.t.l.68. in fin.pro ſoc.* Quod idem eſt in petitione hereditatis *l.20.§.12.& §.ult. l.33.de pet.hered.l.27.§.3.de R.V.* Nec illud intereſt, etiamſi rem pro herede poſſeſſam uſuceperit. *arg.l.1.Quor.bon.* (ubi verba; ſi nihil uſucaptum eſſet; non ad eum, qui pro herede poſſidet, ſed ad tertium qui rem licet malâ fide alienatam, bonâ fide à ſe apprehenſam uſucepit, referenda putamus *cum Accurſ.ad d. l. 1. Salic. ad rubr. C. h. t. nu.5.*)

Q. Quid verò juris eſt, ſi qui ex juſta cauſa ſe putabat heredem, res ſingulares, quæ defuncti non erant, tanquam hereditarias apprehenſas & poſſeſſas uſucepit, anne etiamnum eas Interdicto hoc conventus tenetur reſtituere? Nos affirmantes putamus uſucapionem iſtam prodeſſe quidem vero heredi adverſus priorem dominum ſingularem, non autem falſo heredi, contra eum qui poſteà verum ſe heredem probavit, quoniam utcunque in illo adſit bona fides, tamen quia 1. Uſucapio non eſt Univer-

ſitatis

ſitatis, per quam quis heres fiat, ſed rerum ſingularum. *Weſenb. Parat. ff. pro hered. n. 5.* 2. Res autem illæ alienæ in hereditate repertæ per uſucapionem pro herede jam factæ ſint hereditariæ, utique & illæ res heredi, utpote cui omnia bona heredaria reſtitui debent, cum cæteris reſtituendæ veniunt, *vid. Bach. ad Tr. d. D. th. 1. lit. h.* (k) *d. l. 1. h. t.* cum refuſione omnium litis expenſarum, *Schneidvv. d. l. n. 48. in fin.*

XIV.

Interdicto huic affine eſt (a) *remedium à Jure Civ. introductū in* l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. *quo heres ſcriptus* (b) *teſtamentum primâ fronte nec cancellatum nec abolitum producens à competente judice* (c) *mittitur in poſſeſſionem rerum, quæ per defunctum mortis tempore detinebantur.* (d)

(a) Dico *affine*; Uti enim utrumq; competit pro adipiſcenda poſſeſſione rerum, quæ defuncti fuerunt, ſic in eo viciſſim remedium hoc ab interdicto illo diſtinguitur; quod 1. Illud directò datur bonorum poſſeſſori, utiliter heredi, hoc econtr. directò heredi, utiliter Prætorio jure ſuccedentibus. 2. quod per hoc non Jus univerſale, ut illic, ſed poſſeſſio rerum ſingularum, quæ facti eſt, tribuitur, *arg. d. l. ult. C. h. t. Bach. ad Tr. d. th. 1. lit. l.* 3. quod hoc remedium etiam locum habet nemine poſſidente, ſecus quàm illud; *vid. th. præced. lit. e.* Et q, quartum eſſe poteſt, quod illud tàm ſucceſſori ex teſtamento quàm ab inteſtato competit, uti dixi *th. præced. d. lit.* Hoc non niſi ſuccedenti ex teſtamento. (b) Succedenti ergò ab inteſtato neutiquam datur; *Menoch. adipiſc. rem. 4. num. 64.* quia hic probare prius tenetur agnationem & jus ſuccedendi, quo non indiget ſuccedens ex teſtamento, quippe quod in ſe habet probationē apertam; *Bach. d. l.* Ex quo porrò colligere eſt, teſtamentum hîc requiri ſcriptum, *arg. d. l. ult. verb. Cancellati,* nec ſufficere nuncupativum, niſi ritè fuerit per Notarium in ſcripturam redactum *Menoch. d. l. n. 91.* An verò remedium hoc dabitur in-

ſtituto tantùm, an verò & ſubſtituto? Aff. ~~prius~~ poſter. *arg. l. 41. §. ult. de vulg. & pup. ſubſtit. arg. pr. Inſt. eod. l. 170. de V. S.* An au-
Q. tem & fideicommiſſario univerſali? Aff. tunc ſi ipſi ab herede ſit facta reſtitutio, Nam poſt illam demum res in bonis fideicommiſſarii effici dicuntur *l. 63. ad SC. Trebell.* Quia verò remedio hoc non eſt opus, ſi re ipſa reſtituta ſit hereditas, ideò de eo tantùm caſu intelligimus, ubi verbis ſaltem reſtitutio facta fuerit *d. l. 63. vid. Bach. ad Tr. d. th. 1. lit. l.* ubi ſimul *contra Zuchard. diſſentientem* oſtendit, dari hoc caſu fideicommiſſario remediũ utile non directum, cui communi ſententiæ & nos ſubſcribemus; *Add. Menoch. rem. 4. adipiſc. n. 166. uſq; ad n. 192.* Conceſſo
Q. autem quod remedium hoc competat, cui ex teſtamento fideicommiſſum relictum eſt, idemnè dicendum de eo, cui ex codicillis? Aff. *cum Tr. d. th. lit. l. ibiq; Bachov. Menoch. d. rem. 4. n. 192. arg. l. 14. de SCto. Maced. l. 32. L. Aquil.* quoniam & illi licet ab inteſtato, attamen ſecundum illam in *l. ult. §. ult. C. de codicill.* diſpoſitionem facti hîc quoad effectum probationis inſtar teſtamenti haberi poſſunt, quemadmodum & aliàs vicem teſtamenti exhibere dicuntur in *l. 16. de Jur. Codic.* & ad cauſam teſtamenti pertinere, *l. 1. §. 2. de tabb. exhib.* Porrò, quando hoc remedium non niſi ſucceſſori ex teſtamento dari dicimus, non id denegamus Patri, cum filius teſtamento inſtitutus eſt, *Men. d. rem. 4. n. 272.* nec fiſco, quando hereditatem ab indigno aufert; *Men. d. l. n. 299.* quoniam, uterque his caſibus jus adeundi habet, ac ſi ipſe inſtitutus eſſet. *Bach. ad Tr. d. l.* (c). *Tr. d. D. th. 1. lit. m. ibiq; Bach. Men. d. l. n. 402.* (d) *d. l. ult. Schneid. ad §. 2. Inſt. de Interd. n. 12.*

XV.

Secundum *adipiſcendæ poſſeſſionis Interdictum dicitur*, Quod Legatorum (a) *competens* (b) *omni heredi* (c) *adverſus eum, qui relictum ſibi à teſtatore titulo particulari* (d) *propriâ autoritate* (e) *occupavit*, (f) *ut illud reſtituat*, (g) *vel in id quod intereſt heredis, condemnetur.* (h)

(a) Itidem

(a) Itidem à primis Edicti verbis, *arg. l. 1. pr. Quod leg. Schneid. ad d. §. 2. n. 1.* (b) Ex æquitate ſcil. quâ Prætor commotus hoc Interdictum dedit *l. 1. §. 2. h. t.* Illa fundatur 1. In occupatione non jure facta; Quemadmodum enim aliàs αὐτοδικία illa juri noſtro eſt exoſa *l. un. C. ne quis in ſua cauſa, l. 3. quod met. cauſ. l. 5. de A. P. l. 6. §. 2. de re jud. l. 9. C. ſol. matr.* Ita nec legatario hæc permitti debet, ſed oportet ab herede rem accipiat *d. l. 1. §. 2. Quod Legat.* Præſertim 2. Cum heres in re legata jus habeat propter legem Falcidiam, cujus competenti portione defraudari nequit. *l. un. C. h. t. Men. rem. 2. adip. poſſ. pr.* ubi hanc cauſam cauſantem vocat, propter quam hoc interdicto audacia legatarii fuerit reprimenda; Adde 3. quod alia etiam ex cauſa intereſſe poſſit heredis, hanc vel illam partem potius, ut in *l. 37. de leg. 1.* aut etiam aliquando totum retinere; *Zaſ. ad l. 1. h. t. Weſ. in Parat. ff. eod. n. 4. Tr. d. D. th. 2. lit. a. ibiq; Bachov.* Quibus cauſſis ſimul ſumtis intelligitur erroneā eſſe ſententiam eorum, qui exiſtimant, ſi conſtet Falcidiam non eſſe detrahendam, Interdictum hoc ceſſare, agentiq; dominii exceptionē obſtare, *Tr. d. loc. Hackelm. Ill. quæſt. d. D. 21. th. 7. lit. b.* (c) Puta cuilibet univerſali ſucceſſori, ſive Jur. Civ. ſive Prætorio. *l. 1. §. 3. h. t.* tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato *Plat. hîc n. 6.* Imò & heredi heredis, *d. l. 1. §. 3. Schneid. ad d. §. 2. Inſt. hîc. n. 8.* (d) V. G. Legati vel fideicommiſſi; quo etiam referimus, quod coheredi jure legati præ alio coherede relictum eſt, *l. 1. §. 6. hîc.* An autem detur etiam adverſus eum, cui mortis cauſſâ donatum eſt? Controvertitur; Nos neg. *per text. in d. l. 1. §. 5. Tr. d. l. lit. b. Menoch. rem. 2. n. 56. Weſ. Parat. ff. hîc. n. 6. &c.* (e) Non ex voluntate heredis; *d. l. 1. §. 2.* ſive etiam voluntate quidem ejus, ſed tamen ante aditam hereditatem legatario accommodatâ, *d. l. 1. §. 11. h. t.* cujus rei rationem illam aſſignant, quod talis conſenſus cenſeatur præſtitus tanquam ab extraneo, non autem ut ab herede, *Menoch. d. l. n. 40.* Quid verò ſi legatario hanc occupandi facultatem teſtator in teſtamento conceſſerit? Ceſſare dicemus Interdictum, ſive expreſsè conceſſerit, ut *l. 34. §. 1. de leg. 2.* ſive tacitè, puta ſi legatarium teſtamenti executorem conſtituerit, *Jaſ. in l. 5. n. 4. v. 2. C. leg.* quò tamen non referimus caſum, quo te-

Q.

Q.

ſtator his verbis teſtamento legatum reliquit; Titius iſtam rem capiat vel accipiat, *arg. l. 1. § 6. Quod Leg. vid. Men. d. rem. num. 48.*

Q. Ulterius. Quid ſi Legatarius officio & autoritate judicis poſſeſſionem ſit conſecutus? Competere etiamnum Interdictũ putamus cum *Tr. d. th. 2. lit. b.* non tantùm ubi miſſio in poſſeſſionem Legatorum ſervandorum cauſſa facta eſt *l. 1. § 9. h. t. l. 5. 17. Ut in poſſ. leg.* ſed etiam ubi Legatarius implorato nobili officio judicis per viam executivam legatum eſt conſecutus; *propter l. 1. § 2. hic. l. 1. junct. l. ult. § 2. C. communia de Leg. l. 170. de R. J. c. concurrente 7. de reſtit. ſpol. Diſſ. Bachov. ad Treutl. d. loc. Men. rem. 2. n. 82.* (f) Sive etiamnum illud poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit, *l. 1. § 7. h. t. n.* ſive etiam ex alia cauſſa novum titulum vel dominium ejus acquiſierit; Hic enim non patrocinatur legatario; *gl. in d. l. 1. pr. ſuper verb. ut perinde; h. t. Schneidvv. d. l. n. 16. Bach. ad Treutl. d. th 2. lit. a. in fin.* Porrò datur hoc Interdictum tàm contra ipſum Legatarium occupantem, quàm ſucceſſores ejus, ſive Univerſales, ſive ſingulares *d. l. 1. § 13. hic.* Imò etiam contra tertium poſſeſſorem, qui cauſſam habet à Legatario *d. l. 1. § 13. Menoch. rem. 2. adipiſc. n. 27.* Illud hic not. ſi apud Legatarium ſine vitio res legata tempore mortis teſtatoris reperiatur, interdictum hoc ceſſare; *l. 26. ad L. Falcid. Menoch. n 57. Cujac. 10. obſ. 28.* Itemque cum periculum eſſet in mora, & legatum occupatum fuerit, Interdictum non concedi, *arg. l. 5. § 12. de oper. nov. nunc. Men. & per eum allegg. d. rem. 2. n. 58.* (g) *d. l. 1. § 2.* Ita tamen, ut Legatario jus ſuum & reconventio in heredem ad reddendum legatum ſalva maneat, *d. l. 1. § 7. h. t.* modò hæc adſint, ut 1. res ſit occupata ſine violentia, *arg. § 1. Inſt. de vi bon. rapt.* 2. Nondum fuerit ab herede poſſeſſa cum occuparetur. 3. Occupata ſit ante hereditatem aditam *Jaſ. in l. 5. C. de Leg. Menoch. hic. n. 7. & 8. Schneidvv. d. l. n. 6* & 4. aditione quidem factâ, res tamen illa quæ apprehenditur, ab herede nondum fuerit poſſeſſa; *Zaſ. in l. 1. pr. h. t.* (h) *l. 2. § 2. h. t. Schneid. d. l. n. 21.*

XVI.

Tertium *adipiſcendæ poſſeſſionis Interd. dicitur* Salvianum, (a) *quod directò datur Locatori* (b) *præ-*

(b) *prædii ruſtici* (c) *adverſus colonum* (d) *ad poſſeſſionem* (e) *rerum pignori expreſsâ conventione* (f) *obligatarum* (g) *acquirendam.*

(a) Veriſimiliter ita vocatum à Salvio Juliano, ſummo Juris ſcientiæ auctore *l.15.C.de Uſufr.* & perpetui Edicti Compoſitore & Interprete *l pen. C. de cond. indeb. Eguin. Baro in §. retinendæ. Inſt. de Interd. Menoch. adipiſc. rem.3.n.1. Weſ.in Parat.ff.h.t.n.3. Cujac.Parat.ff. eod. Schneid. Inſt. hic.n.5.* (b) *l.1.de Salv. Interd.* Utiliter tamen & aliis, quàm ex locationis cauſſa creditoribus competit, ut apparebit ex infr. dicendis *lit.d. Diſſ.Tr. th.2. lit. e.* (c) *d.l.1.cum ſeq.h.t.* Quamvis autem hujus Edicti verba concepta tantùm ſint de fundo ſeu prædio ruſtico; rectè tamen de illatis ab inquilino in prædium urbanum utile interdictum dari *cum Weſenb. Parat.h.t. n.3. Menoch. d. rem. 3. nu. 51.* Contra *Cynum in l.5. C. locat. in fin.* contendimus, tùm quia mens Interdicti & huic caſui convenit, & quod in prædio ruſtico expreſſa pactio id ipſum in urbanis operatur ſola illatio & invectio *l.2.in quib. cauſis pign.tac. contr.* tùm quod imò major videtur ratio, ut illata invectaque in prædio urbano ſint obligata, quàm quæ in prædio ruſtico; de qua vid. *Menoch.d.l.n.52.* (d) *§.3.in fin. Inſt. de Interd.* Etiam partiarium, & quidem directò, quia & is colonus rectè dicitur, *Bl. in l.5.C.loc.* impropriè verò ſocius; *arg. l 25.§.4. in fin. Locat. facit arg.ex l.1.pro ſoc.junct.l.10.C. Locat.Menoch.d.rem.3.n.83.* Dabitur etiam contra eum, qui non quidem pecuniâ numeratâ, ſed aliâ quâdam ſpecie puta tot vel tot modiis frumenti promiſſis, agrum conduxit, quoniam 1. ſola rei qualitas non transmutat & invertit contractus hujus naturam, *arg.l.19.§.3.loc.l.21.C.eod. l.pen.§.pen. C. de conſt.pec.l.222. de V. S. add. arg.l.9. C. de reſcind. vend.& l. 24. depoſ.* Nec 2. efficit, quo minus hæc ſimilitudo maneat, ut loco mercedis res illa ſit, in cujus utpote ſubrogati ſecuritatem invecta pignori obligari debent; *Rachov.ad Treutl. d. th.2.lit.f.* Directum porrò Interdictum datur non tantùm adverſus colonum ipſum, ſed & heredes ejus, *arg.Nov. 48.pr. & l. 9. de probat.Menoch. d. rem. n.63.* At dabitúrne etiam adverſus Colonum Coloni? Q.

Negat

Negat id *Treutl. d. l.* adductus *l. 24. §. 1. Locat.* Attamen non apparet quid obſtet, ſi colonus iſte ſecundus res quaſdam expreſsè obligaverit pignori locatori primo, quin pro earum poſſeſſione conſequenda hoc interdicto agi poſſit; *vid. Bach. ad Tr. d. l.* Illud expeditum eſt, utile interdictum concedi adverſus inquilinum inquilini, niſi ſecundo iſti conductori gratuitò facta ſit locatio *l. 5. pr. In quib. cauſſis pignor. Menoch. d. l. n. 96.* Cæterùm utile interdictum competit non tantùm adverſus colonum prædii, ſed & contra alium ex quacunque cauſſa debitorem, *per l. 1. C. de prec. & Salv. interd.* ibi: *Conductorem debitoremvè*; facit quod in *d. l. 1.* excluditur tantùm caſus, quo res à debitore fuit alienata, & ſic quæſtio eſt de interdicto hoc contra tertium poſſeſſorem intentando, *vid. Bach. ad Treutl. d. th. 2. lit. e. Diſſ. Menoch. d. l. n. 21. ſeqq.* qui ſententiam ſuam in illa ratione fundare videtur, quaſi per illationem à conductore factam locatori ipſa rerum mobilium ſit quæſita poſſeſſio, de cujus tamen infirmitate apparebit in ſeqq. Illud ex jam dictis deduco, Nec directum nec utile interdictum dari contra tertium poſſeſſorem rei pignori obligatæ; *per d. l. 1. C. de prec. & Salv. Interd. & ea quæ in hanc rem adducit Bachov. ad Treutl. d. th. 2. lit. f.* niſi 1. cauſam habeat à Conductore; 2. res ex cauſa locationis obligata & alienata fuerit; 3. res fuerit alienata, quæ ſpecialiter ex cauſa illationis, adeoque fortius pignori tenebatur; His enim caſibus utile Interdictum adverſus tertium, hunc poſſeſſorem dari cum *Bachov. d. l.* contendimus, *Add. Menoch. d. rem. 3. n. 55. ſeqq.* (e) Ex quo apparet Interdicti hujus utilitas, ſimul ac differentia, qua ab actione Serviana dignoſcitur; Hæc enim cum inſtar petitorii cujuſdam ſit judicii, & gravet hoc probandi onere agentem, ut cogatur oſtendere rem in bonis debitoris fuiſſe *l. 15. §. 1. de pignor. l. 23. de probat. Dd. in §. Servian. t. Inſtit. de act.* In interdicto verò Salv. utpote poſſeſſorio ſufficiat probare, debitorem poſſediſſe, & rem pignori obligatam fuiſſe *Treutler. d. l. lit. g.* proficuum magis eſſe conſpicitur, hoc interdicto, tanquam viâ expeditiori & magis compendiariâ pignus ſuum perſequi, juxta conſilium JCti *in l. 24. de R. V.* (f) quam cum *Treutler. vol. 1. Diſſ. 6. th. 3. lit. b.* illam voco, in qua conſenſus eſt expreſſus, hoc eſt, literis aut verbis ſignificatus

ficatus *l.2.pr.l.4.pr.& §.2.de pact.* Et talem hic, ut illata inductaq; in prædium ruſticum pignori nexa intelligantur, præcipuè requiri, oſtendunt *textt. §.3. in fin. Inſt. de Interd. Theoph. in §. Eſt autem Serviana. Inſt. de act. d.l.4. de pact. l.32. de pignor. l.4. & l.7. In quibus cauſis pign. &c. l.5. C. eod. Menoch. d.l.n.33. Weſ. Parat. h.t.n.1. Hackelm. D.12. th.4.* Non ergò uti in prædiis urbanis. *l.2. & 4. In quibus cauſis pign. l.7. C. eod.* ſufficit nuda rerum illatio vel inductio, nec exinde ſolùm intelligitur contracta hypotheca, vel locatori quæſita poſſeſſio; ſicut velle videtur *Menoch. ſ. cit. loc. n.21.* ab eoque ut opinor, rectè diſcrepat *Bachov. ad Treutler. ſ. d.l.* Quæro igitur hic, ſi non tàm ex illatione Q.
quàm expreſſa conventione hypotheca contrahitur, utrum, ſi locator ſibi expreſſo pignore ſpeciali proſpexerit, poſtmodùm verò in conductum prædium res etiam alias intulerit, interdictum hoc pro iſtarum rerum poſſeſſione competat? Directum quidem competere propter allatam modò rationem negamus; *Salicet. in l.5. C. Locat. Cyn. ibid n.6.* (g) Hinc fit, ut non tantùm res illatæ, ſed & quæcunque aliæ *arg. d.§.3. in fin. Inſt. de Interd.* Etiam illatæ ſemel, ſed poſtmodùm iterum exportatæ. *Menoch. d. rem 3. n.103.* hoc interdicto veniant, modò illatæ inductæque eo animo inferantur ac obligentur, ut ibi pignoris loco perpetuò (hoc eſt ex cauſa ipſius prædii & ob id tempore locationis *Menoch. nu. 132.*) eſſent *l.32. de pign. l.7. §.1. In quibus cauſis pign.* quod ex qualitate & conditione rerum facilè æſtimare licet; *Don. de pignor. c.4. pr.* Ita enim hypothecata non cenſentur *Inſtrumenta*, quæ debitorum nomina continent, *arg. l.86. & l.44. leg.3. l.93. eod.* quoniam conductor eouſque tantùm ea repoſuiſſe cenſetur, donec creditum exigeret, *Menoch. d.l.n.142. add. Bacchov. ad Treutl. d.l. lit. h.* Non etiam *pecunia*, ſi vel in arca recondita inferatur in prędium ruſticum, vel ita etiam in prędium urbanum, ut in quotidianos uſus conductor expendat, *arg. l.92. §. ult. leg.3. per d.l.7. §.1. In quib. cauſis pign. Menoch. nu. 133.* Nec etiam *veſtimenta l. 6. l. ſeq. de pign.* Nec *libri Studioſorum* uti nec arma militum, *arg. d.l. l. l.6 & 7. In quib. cauſis pign. l. in gnerali de de R. J. in 6. Men. n. 141.* Unde nec in executione rei judicatæ capi poſſunt

pergl.in l.125. verb. ſalvâ dignitate; de V.S. Schneidw. ad §. Item Serviana. Inſt. de act. n.4. Rebuff. in tr. de privil. Univerſ. priv. 19. Dd. in Auth. Habita. C. ne fil. pro patre. At quid obtinet in rebus vænalibus invectis atque illatis conducto prædio? Iterum putamus ex animo inferentis decidendum eſſe, *cum Menoch. d. rem. 3. n. 123.* ſecundum *d. l. 32. de pign.* Ut ſi 1. in prædium urbanum. 2. negociandi causâ inferantur, interdictum competat *per l. 34. de pignor. junct. l. 3. In quib. cauſ. pign.* Ubi quid horrei vocabulo veniat, & quis olim horreorum uſus fuerit, vide *l. 3. §. 2. de offic. præf. vigil. l. 30. §. 4. ad Falcid.* Cæterùm circa hoc, quod de obligatione dixi, dubitari non immeritò poteſt;

Q. Utrum in rebus Minorum hypotheca contrahatur? Negandum putamus de expreſſa *l. 5. §. 5. de reb. eor. qui ſub tut.* de tacita verò iis demum caſibus concedendum, in quibus lex expreſſim eam in bonis Minorum introduxit. *arg. l. 2. d. t. vid. Menoch. d. rem. 3. n. 83.* Quæri etiam ſolet;

Q. An res aliena prædio illata pignori obligari poſſit? Tranſimus cum deciſione *Menoch. d. l. n. 108.* ut ſi res vel 1. bona fide vel 2. ſciente & conſentiente domino illata fuerit, pignoris nexu teneatur; *vide latè ibid.*

Q. (margin, beside first question)

XVII.

II. *Sequitur alterum tertiæ diviſionis membrum, videl.* Interdicta poſſeſsionis Retinendæ, *quibus poſſeſſionem, quam habemus, conſervamus; Eorum præcipua* (a) *ſunt Interdict.* Uti poſsidetis, (b) & Utrubi, (c) *quæ hodiè* (d) *quantum ad obtinendam poſſeſſionem attinet exæquata* (e) *in eo duntaxat differunt, quod hoc pro rebus mobilibus, illud pro immobilibus tantùm competat.* (f)

(a) Sunt enim & alia, de quibus partim *infr. th. 19.* (b) Ita à primis Edicti verbis *l. 1. Uti poſſid.* vocatum & inſcriptum, quod aliquando dubium eſſe poſſit, uter plus rectiusque poſſideat, cum

cum uterque prædio ſeu rei immobili inſiſtere potuerit; *Men. retin. poſſ.3. n.11.* (c) Itidem à primis Edicti verbis, *arg. l.1.ff. Utrubi,* ſic dictum, quaſi utro in loco; *Alciat. 10. Parerg. 7. Menoch. rem. 1. retin. poſſ. n.7. Diſſ. Rebuff.* qui utrubi quaſi utrumvi, & *Accurſ. in l.1.h.t.* cum eoque *Schneidw. ad* §. 4. *Inſt. hic. n.1.* qui nihil aliud, quàm apud quem ſignificare contendunt; (d) Olim differebant etiam in eo, quod in illo vinceret, qui interdicti tempore poſſediſſet, nec vi nec clàm nec precariò, In hoc verò is qui majori parte anni ejus, quo agebatur, §.4. *Inſt. de Interd.* (e) *d.* §.4. ita ut in utroque ſufficiat, ſi qui experitur, turbationis tempore poſſideat, *L.1.ff. Utrubi.* (f) *d.* §.4 *verſ. ſed interdicto. Inſt. de Interd.*

XVIII.

Utrumq; hoc Interdictum directò datur legitimè (a) *poſsidenti* (b) *adverſus quovis modo* (c) *turbantem* (d) *ad id, ut à turbatione deſiſtat,* (e) *ejusq; damnum ac intereſſe ipſi reſtituat.* (f)

(a) Puta non vi, nec clàm, nec precariò, *l.1.pr. Uti poſsid.* Et quidem ab ipſo adverſario *d. l.1.§.fin.& l. ſeq.eod.* Unde intelligitur ſpoliatori ſeu dejectori adverſus ſpoliatum hoc Interdictum non competere, niſi ex intervallo moleſtia inferatur. *Men.d. rem.3. n.252.* Agens tamen hoc interdicto probare non tenetur ſe nec vi, nec clàm, nec precariò poſſidere, tùm quod negantis nulla eſt probatio, *l. 2. de prob.* tùm q; probans ſe poſſeſſorem (quod variis modis fieri poteſt; *vid. Men.d.rem. n.561.*) bonæ fidei eſſe præſumitur, *arg. l.pen.C. de evict. & l. 51. pro ſoc. Joh. Fab.* §.4. *Inſt. de Interd. n.23.* Nec item regulariter neceſſum videtur Interdicto hoc agenti poſſeſſionem ſuam ex titulo juſtificare, niſi talis ſit poſſeſſor, qui ſine titulo poſſidere nequeat, ut ſi privatus aliquis contendat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione regalium, vel Jurisdictionalium Principis; ſi Laicus ſe contendat poſſeſſorem rerum ſpiritualium & bonorum Eccleſiaſticorum; *Men.d.rem.3.n.588.ſeqq. Schneidw. ad d.* §.4.*n.36.* Quo loco non impertinenter quæri poſſet; Jurêne Princi- Q.

 pes

pes noſtri ſeculares Jurisdictionem Eccleſiaſticam exercere poſſint? adeoque An non obſtante eo, quod diximus, pro eadem retinenda Interdictum hoc competat? Dicendum & affirmandum omninò; quia peculiare, hoc eſt in Imperii noſtri Principib⁹, ad quos hodiè Jurisdictio Eccleſiaſtica, per pacificationem quippe Relig. *de Anno 1555. in* §. Damit auch obberührte *&c.* altera ex parte ſuſpenſa, jure ſuperioritatis plenarie devoluta eſt, *Andr. Knich. de ſubl. territ. jure c. 3. n. 232. & in Encyclop. c. 13. in pr.* ut ejus tanquam ſequela eſſe cenſeatur; *Magnif. Dn. D. Arum. J. P. vol. 2. diſc. 10. n. 48. lit. c. & n. 39. lit. b.* & exinde duplicem Juriſdictionem in diverſis Conſiſtoriis per idoneos & occurrentium rerum peritos judices ritè exercere poſſint; *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 3. c. 4. n. 13. ſeqq. & c. 5. per tot. Thom. Mich. de Jurisd. concl. 63. in fin.* quod non tantùm in iis rebus Eccleſiaſticis, quæ directò fidem ac Religionem ipſam, ſed & in aliis, quæ ordinationem ac ritus Eccleſiaſticos, imò & quæ per indirectum liberum Religionis exercitium concernunt, ut ſunt cauſæ matrimoniales, juris Patronatus, & ſimiles; verum eſſe, contra aſſertionem JCtorum Dilling. in *lib. de Compoſ. Pacis, c. 6. quæſt. 42.* evincemus; *vid. Petr. Syring. de Pac. Relig. apud Magnif. Dn. D. Arumæ. cit. loc. num. 29.* (b) *l. 1. h. t.* non nudo detentatori *l. 3. §. 8. h. l. 1. §. 9. de vi & vi arm. l. 9. de R. V. Men. de rem. 3. nu. 46.* Poſſidentem autem hìc intelligimus 1. tàm qui ipſe, quàm qui per alium, puta Colonum, depoſitarium &c. poſſidet *l. 18. de A. P.* 2. ſive is naturaliter ac civiliter ſimul, *d. l. 1. §. 1. Uti poſſid.* ſive naturaliter tantùm, ſive etiam tantùm civiliter poſſideat *l. fin. & ibi gl. h. t.* Quia & ſolo animo poſſeſsio hìc retineri; *§. 5. Inſt. h. t. l. 30. §. pen. de A. P.* uti etiam amitti poteſt. *l. 3. §. 6 l. 44. in fin. d. t.* quamvis acquiri, niſi animo & corpore, nequeat, *d. l. 3. §. 6. & d. l. 30. §. pen. de acquir. poſſ. Pac. cent. 6. Enant. quæſt. 96. Conſult. Dn. D. Præſes d. Dec. 14. quæſt. 9.* Ex jam dictis notandum venit & illud, hoc interdicto, non obſtante *l. 5. §. 15. Commod. l. 3. §. 5. de A. P.* duos in ſolidum poſsidere poſſe, *l. 3. Uti poſſid.* unum quippe civiliter, alterum naturaliter; *Excellent. Dn. Præſ. d. l. quæſt. 8.* Qualitercunque autem actor poſsideat, neceſſe tamen non habet poſſeſsionis ſuæ qualitatem in libello exprimere, niſi adverſarii interſit ſcire, quamnã

poſſeſsio.

poſſeſsionem ille velit defendendam aſſumere, tunc enim declarare ſe cogitur *l. ult C. de annal. Except. Men.d.rem.3. nu. 457.* Intelligimus 3. poſſeſsorem, qui vel verè, ut eſt poſſeſſor rerum corporalium, & regulariter quidem quarumvis immobilium, *arg.l.1. pr.h.t. Men. n. 100. & 283.* vel etiam quaſi poſsidet, puta res incorporales & jura, *l.3.§.2.l.fin. h. t.* quæ immobilibus adnumerantur, *l.2.pr.l.8.§.5. ſi ſerv. vind.l.14.de SS.Eccleſ.* quo tamen caſu utilè tantùm interdictum competit; *Tr.d.D.25. th.4.* Utiliter ergò hoc interdicto agit Uſufructuarius *gl. in l. 1. h.t.* Is enim quoad jus utendi fruendi verè nō poſsidet.*l.15. §. 1. qui ſatisd. cog. Treutl. d. l.lit.a. Diſſ. Menoch. d. rem.3. n.72.* Itemq; Vaſallus turbatus in quaſi poſſeſsione ſui feudi. *Men.& per eum allegg. d. rem.n.81.* & Emphyteuta turbatus in quaſi poſſeſsione juris Emphyteutici *Tr.d.l.* Iſtis enim ſi in naturali ſua poſſeſsione, quam in re ipſa habent, *l.12.de A.P.c.un.§.1.2.F.7.d.l.15.§.1.qui ſatisd. cog.l.3.C.de Loc.præd.* turbentur, directum hoc interdictū competere putarem *cum Bachov. ad Tr.d.l.Add.Menoch. d. nu. 81.* Porrò datur hoc interdictum quaſi poſſeſſori ſervitutis *l.ult. in fin. de ſerv. Men. d. rem. n. 103. ſeq.* cujus tamen allata diſtinctio inter ſervitutes continuas & diſcontinuas frivola, *Cl. Dn. Ludwell.Diſp.ad I.5.th.7.lit.f.* inter ruſticas verò & urbanas ſupervacua videri poſſet; *Ampliſs. Dn.D. Præſes d. Dec. 9. quæſt.fin. Bach. ad Tr.d.th.4.lit.b.* Datur etiam quaſi poſſeſſori juriſdictionis, puta domino caſtri, qui in illius Juriſdictione aut Servitiis à Vaſallis & ſubditis præſtandis turbatur, ſive id fiat à tertio, qui ſervitia aut penſiones ab hominibus illis ſibi deberi aſſerit, quo caſu utile etiamnum dabitur, non attento diſcrimine inter homines liberos & glebæ adſcriptos, uti vellè videtur *Menoch.n.115.* ſive ab ipſis ſubditis, qui ſervitia illa aut penſiones ſe debere negant, *Joh.Fab.ad §.4. Inſt.de Interd. n.6.Bachov. ad Tr. d.th.lit.b.* Imò porrò utile hoc interdictum econtrario compe-tet pro quaſi poſſeſsione libertatis ipſis ſubditis & Vaſallis contra dominum, à quo in ſtatu ſuo quietæ & pacificæ libertatis turbantur & moleſtiâ afficiuntur *Menoch.d.rem.n.122.* Quò non diſsimili ratione refero Autonomiam ſeu liberum Religionis exercitium, cum & illa quaſi poſsideatur; *Petr.Syring.de Pac.Relig.n.48.* adeoq; pro eadem tuenda utile hoc interdictum com-

 petat.

petat; quemadmodum ulterius etiam Patrono Eccleſiæ pro quaſi poſſeſsione Juris præſentandi *d.rem.n.131.* Itemque Statibus vel ordinibus pro quaſi poſſeſsione eligendi Magiſtratum, *dict. rem. num. 142.* & in genere pro quovis alio jure ac privilegio, modò non improbo ac inhoneſto, vel quod Principis Majeſtati deroget, tuendo, utile hoc interdictum dari, pluribus perſequitur *Menoch. & per eum allegg. d. rem. 3. nu. 152. ſeqq.* Subjungere jam lubet, de quo non nihil dubitatum fuit:

Q. Detúrne hoc interdictum ceſſionario? quâ in re ſequor diſtinctionem *Menoch.n.259.* Dari nimir. ſi, cum de poſſeſſione rei corporalis proprio nomine experiri vult, præter ceſſionem facta quoque ſit ipſius rei traditio & apprehenſio, quoniam tùm demùm poſſidere intelligitur, *per multos ibi allegatos.* Subdo & illam quæſtionem: An detur hoc interdictum

Q. domino, qui rem alteri precario conceſſit? Affirm. ſi translatâ naturali, civilem poſſeſſionem retinuerit, ut in *l.15. §.4. de prec. per ſuperius dicta*; Secus ſi utramq; conceſſerit, quod facere quidem poteſt, *arg.l.13.§.7. de A.P.Men.d.rem.n.30.* Quæro ulterius: Detúrne Creditori miſſo in poſſeſſionem

Q. bonorum debitoris ex conventione (quam quidem inter eos licitam eſſe putamus, *vid. Schneid. ad d. §.4. n.97. ſeqq.*) inita? Affirm. quia talis Creditor, modò in eum facta ſit rei translatio, poſſidere intelligitur, *l.35.ſeq.de A.P.Menoch.n.159. conf. quæ habet Bachov. ad Treutler. vol.2.D.21.th.4. lit.f.*

Q. At cuinam Interdictum hoc competet, ſi poſſeſſio ſit ſequeſtrata? Dicemus quod ſequeſtro, ſi voluntate partium in eum tränslata ſit poſſeſſio, *Treutl.d.D.25.th.4.lit.a.* Cæterùm experiri hoc interdicto poteſt tàm ipſe poſſeſſor, quàm aliùs, puta Procurator ipſius nomine, quoniam hic tàm ad conſervandam quàm acquirendam poſſeſſionem poteſt conſtitui; facit *arg.l.1.C.ſi per vim vel al. mod.* Ipſis tamen ſucceſſoribus, puta heredibus defuncti, qui in ſua poſſeſſione turbatus eſt, Interdictum hoc non competit, quoniam alia eſt poſſeſſio defuncti, alia heredis; *arg.l.23.pr.de A.P.Tr.d.D.21.th.2.lit.g.Schneid.d.l.n.34.* vid. quæ tradit & circa hæc limitat *Men.d.rem.3.n.57.ſeqq.* (c) *d. §.4.I.de Interd.l.1.§.1.l.3.§.3.Uti poſſid.* ſive facto id fiat, ſive verbis,

bis, puta diffamatione; *Men. n.293. Tr.d.D.25.th.3.lit.f.* vel etiam minis atrocioribus, quibus quis impeditur, quo minus poſſeſſione ſua uti poſſit, *arg. l.11.de vi arm. Weſenb. in Parat. ff. Uti poſſ. n.5. Magnif Dn. D. Foman;* Doctor meus, *&c. Diſp. ad Inſt.35.th.4.lit.f.* Varios autē turbandi modos vid. apud *Men. d.rem 3.n.467.* Hodiè in Imperio noſtro Romano inter turbationis hujus ſpecies refertur etiam *Pignoratio Imperialis*, quando videlicet Status aliquis vel etiam Nobilis immediatus Imperii, alterius ſtatus vel Nobilis immediati ſubditos, aut eorum bona mobilia ob contentioſam Jurisdictionem, vel poſſeſſionē alicujus juris, quod eo loci, ubi fit pignoratio, prætenditur, capit & pignori accipit, ſic unus pro alio & res unius pro re alterius apprehenditur; Quo nomine pignorato ſubvenit peculiaris Imperii conſtitutio, quam ad hoc retinendæ Interdictum refert & pluribus pertractat *And. Gail. lib.1. obſerv.8. & tract. de pignorat. per tot.* Intellige verò ſuperius modò dicta tùm demum obtinere, ſi dolus & lata culpa turbatoris intercedat, ſecus ſi juſtam turbationis cauſam habeat; Hæc enim dolum extingui atque ceſſare facit; & per conſequens pœnam turbationis interimit; *Menoch. d.rem.3. n. 626.* ubi novem iſtarum cauſarum explanat; Notandum ergò, quoniam dolus non præſumitur; *l.6. C. de dol.* eum ab actore, qui experitur de damno ac intereſſe turbationis, probari debere, *Men.n.603.* quod quomodo fiat, docet *Idem n.617.* Illud non intereſt, ipſe quis turbet, vel mandatum det alterum turbandi, ſiquidem & hic utili hoc interdicto tenetur *l.11.§.6. ibiq; gl. & Dd. Quod vi aut clam. l.5.§.8. eod. Weſ. d. n.5.* ſicut & is tenetur, qui alterius v.gr. Tutor pupilli, vel Syndicus Civitatis nomine turbat; diverſimodè tamen, prout declarat *Men.n.306.ſeq.* (d) Sive is contendat ſe poſſidere *d.l.1.§.3. in f.h.t.* ſive non poſſidere, *l.3.§.9. eod. Schneidw. d.l n.28.* Unde & domino datur contra inquilinum prohibentem ædes reficere, quamvis enim hic non poſſeſsionis controverſiam moveat, prohibitione tamen ſuâ poſſeſſorem inquietare videtur *Men. n.237.* Non prætereo, quod monet hìc ex cōmuni Dd. opinione *Weſ. Parat. n. 5.* Interdictum hoc non tantùm dari contra eum, qui in poſſeſsione turbat, verùm etiam qui poſſeſsione dejicit, *arg. l.1. & l.3.h.t. junct. l.1.§.28. de vi & vi arm. l.6.§. fin. de acq. poſſ.* nec

tamen

tamen ob id participare cum Interdicto Unde vi; *Idem d. n.5.* Datur autem non contra ipſum ſolùm turbantem, ſed & ſucceſſorem ejus, licet b. f. poſsidere ceperit; Quod de Univerſali ſolùm, quippe qui ſui auctoris acceſsione utitur; non item de ſingulari ſucceſſore accipit *Joh. Fab. in d. §.4. Inſt. de Interdict.* quem ſequitur *Men. d. rem. 3. n. 303.* (e) *l.1. §.1. h.t.* tàm de præſenti, quàm in futurum *arg. l.7. & 12. ſi ſerv. vind. l. pen. de aq. cottid. & æſt.* quibus textibus Dd. communiter adducti turbatorem judicio victum ad pręſtandam quoque ſatisdationem de non turbando in futurum condemnandum exiſtimant; *Duaren. lib.1. Diſp. anniverſ. cap 21.* quod tamen juri noſtro non ſatis convenire nec dd. textib. probari poſſe oſtendit *Eguin. Baro lib.6. manual. tit.17.* quem ſequitur *Men. n.811. Bachov. ad Tr. d. th.3. lit. i.* Cæterùm ut prohibitionem iſtam actor hoc judicio obtineat, notandum, duo ab ipſo probari oportere; 1. ſe poſſediſſe tempore turbationis, imò etiam tempore litis conteſtatæ, ſi nim. reus probaverit, ſe mèdio tempore poſſediſſe *§.4. Inſt. h. t. Men. d rem. 3. n. 556.* Quod ſi etiam turbationis tempore reus ſe poſſediſſe contendat, actor ſuam poſſeſsionem probabit antiquiorē, illam verò adverſarii clandeſtinam & injuſtam, de quo latè & pulcrè vid. *Men. n. 714. ſeqq.* 2. Se injuſtè poſſeſſione ſua vel quaſi turbatum eſſe, *gl. in l.3. §.2. Uti poſſ. Idem n.559.* Taliter a agentibus ab adverſario variæ opponi poſſunt Exceptiones, partim cōmunes, ut pacti, tranſactionis, partim ꝓpriæ ex natura Interd deſumtæ, de quibus partim vid. *Menoch. n.704. ſeq.* Quas inter An &

Q. dominii exceptio in continenti probata, objici poſſit? quæritur: Nos regulariter negandū putamus cum *Tr. th.4. lit. d.* ſolidâ illâ ratione, quod Interdictum hoc eſt de retinenda poſſeſsione, quam qui probavit, in ea defendi, nec ſpoliari, ne à Domino quidē debet, ne poſſeſſorio hoc experienti neceſsitas imponatur ſimul ſuper petitorio diſputandi. *Bachov. ad Tr. d. th.4. l. c.* Limitatur tamen hæc ſententia, niſi dominium iſtud per ſententiā latam in petitorio probari poſsit *Men. n.658.* quod Bachov. recte reſtringere videtur ad caſum, quo agitur ſuper turbatione ante ſententiam facta, ſecus ſi ſuper ea, quæ poſt illam, quoniam alter de novo potuit adeptus eſſe poſſeſsionē, in qua probata defendendus eſt. *Zaſ. in l.12. §.1. de A. P. nu. 44.*

Sen-

Sententia autem illa, quâ à competente judice (qui cognoſci poteſt ex *l. un. C. Ubi de poſſeſſ. ag. oport.*) turbatori perpetuum ſilentium imponitur, ſiquidem cauſa hæc poſſeſſoria principaliter & non incidenter tractaretur, *gl. in Clem. I. de ſeq. poſſ. & fruct.* definitiva eſt; *Tr.d.th.4. lit.e. Men.d.l.n.839.* Cujusmodi etiam ſunt mandata pœnalia, quæ hodiè Interdictorum inſtar à Camera Imperiali ſuper litigioſa & controverſa poſſeſſione alicujus rei aut Jurisdictionis inter Status aut Nobiles Imperii ex officio, vel alterutrâ parte poſtulante decernuntur, iisque vel inhibetur, ut poſſeſſione abſtineant, vel loco inhibitionis poſſeſſio ſequeſtratur, donec ſummariè de momentanea poſſeſſione adjudicanda cognoſcatur, prout, hæc Cameræ Jurisdictio fundatur in peculiari Conſtitutione, ab Impp. Carol. V. & Ferd I. in Comitiis Wormat. & Aug. Anno 21. & 48. & Anno 55. hâc de re promulgatâ, revisâ & ampliatâ, de quâ vid. *Ord. Cam. p.2. tit.21. Gail. lib.1. obſ.5.* Notandum porrò, quod quidem in hoc Interdicto pro actore poſſidente lata ſententia proſit etiam ejus heredibus & ſucceſſoribus, ut ſcil. & ipſi in ea poſſeſſione defendantur, quoniam res judicata rei cohæret, *l.7.§.1. de Except. l.9.§.2. de Except. rei jud.* Non tamen exequi poſſit contra heredes & ſucceſſores turbatoris condemnati ad non perturbandum, *Johan. Fab. §. æquè n.31. Inſt. de act.* Iſtorum enim factum novum eſt, & nova turbatio, cum & alia eorum ſit poſſeſſio, alia defuncti, ut dixi ſ. *lit.b. vid. latè Men. n.828.* Notandum denique, latam ſententiam in hoc judicio retinendæ non parere exceptionem contra agentem interdicto recuperandæ pro poſſeſſione ejuſdem rei; *c. veniens. de reſcript.* quoniam facti, non juris moleſtationem prohibet; *Men. d. rem. 3. nu. 805.*

(f) *l.1. pr. & l. pen. & ult. h.t. Uti poſſid.* quib. textt. conſtat, verba illa, quanti ea res eſt, interdum non referri ad rei valorem, ſed ad ipſum intereſſe &c.

XIX.

Porrò ad retinendam poſſeſſionem vel quaſi referuntur etiam Interdicta de ſuperficiebus, (a) *de itinere actuq; privato,* (b) *de Aqua quoti-*

 diana

diana & æſtiva (c) *de fonte*, (d) *de rivis* (e) *& alia.* (f)

(a) In quo locum quoque habent quæcunque in ſuperiore ſervantur *l.1.§.2.h.t.* Superficies autem eſt terræ pars ſuperior, facieſque, cujusq; rei, quæ oculis cernitur; *Vacon.lib.2.decl.jur. Men.lib.de A.J Q.caſ.31.* quā qui à domino fundi ex lege vel Emtionis vel Conductionis tenet (manente tamen penes dominū proprietate *l.2.de ſuperfic.* ob cujus recognitionem in ſingulos annos certum quid præſtare debet) ſuperficiarius dicitur, cui ſicut ejus ædificii vel ſuperficiei nomine competit utilis in rem actio ad adipiſcendam poſſeſſionē, ſi modò perpetuò aut in longum tempus facta ſit locatio *l.1.§.3.h.t. Weſ.Parat.h.t.n.3.* Ita quoq; pro retinenda poſſeſſione Prętor hoc Interd. ſuccurrit, remedio quippe multò utiliori, quàm actio illa erat civilis; *d.l.1.§.1.h.t.Men.retin.rem.4.n.40.*

Q. An verò ſuperficiarius, qui hoc judicio vult obtinere, probare debeat cauſam juſtæ poſſeſſionis? quæritur; Placet diſtinctio *gl. in d. l.1.§.2.* Ut probare debeat, ſi contra dominum ſoli, ſecus ſi contra tertium experiatur, quanquam priori caſu etiam coloratam cauſam, id eſt, quale quale venditionis vel locationis inſtrumentum ſufficere putet *Menoch. d. rem.4. n.43.* (b) Quod redditur ſolùm pro ſervitutibus ruſticis *l.1.§.1. de Itin. act.priv.* Non tamen omnibus utputa illis, pro quibus ſpeciale interdictum eſt proditum; Pro urbanis omninò non datur, ne quidem utiliter *per text. in d.§.1. ibi: tantummodo; Add.Menoch. retin. poſſ. remed. 5. num. 72.* Interdicti hujus duo ſunt capita; Primum merē poſſeſſorium eſt, illudque qui intendit, hoc tantùm probare neceſſe habet, quod is vel ipſe vel ſuo nomine alius *l.1. §.7.* hâc ſervitute intra annum, non minus tamen quàm 30. diebus *l.1.pr. & §. 2. hic.* non vi nec clàm nec precariò *d. pr.* jure ſervitutis, credens jure ſuo ſe uti *l.1. §.6. & l.ult. h. t.* in vicino prædio, *argum.l.7. in fin. de S. R. P.* uſus, *d.l.1.§.2.* in eaque ſua quaſi poſſeſſione prohibitus turbatuſque ſit; *Menoch. d. rem 5. nu. 6. ſeqq.* Secundum Caput hujus Interdict. quod gratiâ primi editum putat *Men. d. l. n.98.* cauſam proprietatis continet, *l.2. §. 2. de Interdict.* & ei competit, qui bonâ fide

ab

ab alio ſe uſum hoc anno eſſe, & jus reficiendi fuiſſe ſibi probat, *l.3. §. 11. ſeqq. de itin. act. priv.* cui ſufficere putamus loco tituli longam poſſeſſionis præſcriptionem oſtendere *l.5. §. 3. h.t.* Ex utroque hoc capite Interdictum datur etiam heredi, & alteri cuivis poſſeſſori *l. 3. §. 6. ſeqq. h.t. l.5. §. 2. eod.* utiliter tamen *l.2. in fin. ſi ſervit. vind.* An autem qui interdicto hoc ſuccubuit, agere poſſit petitorio ſeu actione confeſſoria? quærit *Menoch. d. rem. n. 114.* cujus cum diſtinctione tranſeo. (c) Et hæc ſpecies eſt Interdicti per ſe. & à cæteris diſtincta, ſub Edicto tamẽ generali retinendæ poſſeſſionis contenta, quæ ut ſecundum caput ſuperioris non ad temporariam poſſeſſionem pertinet, ſed in ea tota quæſtio proprietatis & juris aſſignati finitur *l. 1. §. ult. de aq. quot. & æſt.* Ejus itidem duo ſunt Capita: Unum de aqua quotidiana, alterum de æſtiva. *l.1.§.31.h. t.* quæ ita invicem non jure, ſed propoſito utentis, & ex natura locorum diſcernuntur, *d. l. 1. §. 3.* ut quidem aqua cottidiana illa ſit, quæ poteſt quotidiè & aſſiduè tàm æſtivo quàm hyberno tempore duci, quamvis non expediat eam ſemper ducere *d. §. 3.* Æſtiva verò illa, quâ æſtate ſola uti expedit *d. §. 3.* quamvis ea & hyeme aliquando utamur *l.6.h.t.* quod ſi verò hyeme tantùm aqua ducatur, utile hoc Interd. competere affirmat *Ulp. in d. l. 1. §. 36.* Utrumq; hujus interdicti caput de Aquæ ductibus non impediendis datur ei, qui aquam per fundum alienum ducendi jus habet; qualitercunque etiam *d.l.1. §. 9.* id eſt, ſive expreſsâ conventione, ſivè etiam tacitè, puta præſcriptione, longoq; uſu *l.3.§.4.h.t.* quęſitũ; *Men. ret. rem. 6. n 10.* Requiritur tamen prætereà, ut qui tale jus aquam ducendi habet, aquam perennem *l.1.§.5.* à capite *l.1.§.7.* ducibilem. *d.l.1.§.6.* bonâ fide *d.l.1.pr.* vel ſemel tantùm *d.l.1.§.4.* & ſiquidem æſtiva eſt, ſuperiori æſtate *d. l. 1. §. 31.* duxerit, *vid. latè Menoch. d. rem. 6. num. 10. ſeqq.* Servitus autem hæc Aquæductus, quoniã & urbana eſt & ruſtica, *l.2. communia præd.* ideoque & interdictum hoc non tantùm pro aqua in prædium ruſticum *d.l.1.§.11.& 13.* Sed & pro ea, quę utilitatis commodi vel amœnitatis ergò in prædium urbanum *d.§.11.& 14.l.3.pr.h.t.* ſive etiam ad molendinum duci conſuevit, imò non tantùm pro

Q.

Illud not. Quod ſi flumen, ex quo ſervitus fundo debetur, alveum mutarit, ſiquidem novum factum ſit flumen, & locus intermedius non ſerviat, ſervitutem, adeoque pro ea competens Interdictum extingui; *Men.n.136.* ſi ad antiquum alveum flumen redierit, reſtitutioni locum eſſe, *Idem n.147. ſeq.* Deniq; Interdictum hoc & heredibus & contra heredes competit *d.l.1. §.37.h.t.adde Men.d.remed.6.n.135.* (d) Quod à priori, ut ipſa ſervitus aquæ hauſtus à ſervitute Aquæductus, diverſum *l.1.§.1.de fonte*, itidem tamen duplicem ob cauſam datur, 1. Ne hauſtus aquæ *d.l. un.§.2.* & quidem vivæ, *§.4.* ſive prædii urbani ſive ruſtici ergò comparatus, *Cæpoll. tr. de S.R.P. c.7. n. 1. 5.* Nec 2. fontis refectio & purgatio, quę propter uſum fontis neceſſaria *d.l.un.§.7.* impediatur; *d. l. §.6.* Unicum hic quæro; An reddatur hoc interdictum ei, qui noctis tempore impeditur ire ad hauriendam aquam è fonte vel puteo vicini? Neg. *arg.l.14. Communia præd.* quia noctis tempore non licet turbare vicinum, niſi aliud exigat neceſſitas *Menoch. remed.8. ret. poſſ.nu.13.* (e) Inſervit hoc interdictum priori de aq. quot. & æſt. quapropter utiliſſimum vocatur *l.1.§.1.de Riv.* daturque pro refectione ſeu inſtauratione *d.l.1.§.6.ſeq.* rivorum omnium, tàm apertorum quàm terrenorum *d.l.1.pr.* ſive in publico ſint, ſive in privato conſtituti *l.3.§.4.h.t.* modò facti ſint aquæ ducendæ cauſa *d.l.1. §.4.* & is qui experiri vult, aut jus aquæ ducendæ habeat, aut eo rivo bona fide priori æſtate, aut eodem anno uſus ſit *d.l.1.§.9.* & dum reficit, nihil faciat quod rivum immutet, *d. l. 1. §.pen.& ult.h.t.* & plus damni adverſario, quàm commodi ſibi adferat, *arg.d.l.1.in fin.&l.3.pr.h.t.* Unde intelligitur, hàc ratione non licere rivum apertum operire, vel etiam opertum aperire *d.l. 3.pr.vid.Men.retin.poſſ. rem. 7.n.15.ſeqq.* nec aquam per rivum ductam, deinde per canales ducere *d.l.3.§.2.* multò min9 per fiſtulam ante ductā poſteà per rivum ducere *Men. d.l. n.19.* (f) Ut Interd. de Cloacis, quod eſt de non impedienda Cloacarum purgatione *l.1.pr.de Cloac.* ſive etiam earundem, licet in publico exitum habeant, deductione *d.l.1.§.9.& l.2.h.t.* ubi ob publicam, quæ hic verſatur, utilitatem *d l.1.§.2.* non attenditur, juſtè quis vel injuſtè eam habeat *d.l.1.§.7.hic.Weſenb. Parat. h.t. n. 2.*

XX. III.Re-

III. Recuperandæ (a) *poſſeſsionis Interdictum unicum* (b) *eſt* Unde vi, (c) *quod competit qualicunq;* (d) *poſſeſſori* (e) *vi* (f) *dejecto* (g) *poſſeſsione rei immobilis* (h) *adverſus eum, qui dejecit*; (i) *ut ſpoliatus ante omnia* (k) *priſtinæ poſſeſsioni cum omni cauſa reſtituatur.* (l)

(a) Recuperare eſt ſemel poſſeſſum, & deinde amiſſum iterum conſequi, Unde apparet, ei qui vel nunquam rem poſſedit, vel poſſidere non potuit, Interdictum hoc non competere, *Men. prælud. r. cup. poſſ. nu. 1.* (b) Huic tamen à prætore dato Interdicto, & alia tàm Júre Cæſar. quàm Pontificio acceſſerunt recuperandæ poſſeſsionis remedia, quibus in odium violentiæ ſpoliatis & vim paſſis tàm via criminali, quàm civili, tàm per modum agendi, quàm excipiendi plenariè, & quidẽ utilius, quàm hoc interdicto *Weſ. Parat. ff. de vi arm. n. 13.* ſuccurritur; videatur de iis *Men. tr. de recuper. poſſ. remed.* ubi ſeptendecim exponit alioſque, qui plura & ad 25. uſque numerarunt, recenſet *d. l. n. 43.* Notandum; Pro judicio criminaliter intendando præter actionem ex L. Jul. de vi publ. & priv. cujus mentio fit in §. 6. *Inſt. de Interd.* dari etiam hodiè actionem ex noviſſima Conſtitutione Maxim. & Carol. V. de *Pace publica*, quâ dejicientes per vim armatam alium de poſſeſſione, vel quaſi incidunt in pœnam violatæ pacis publ. quam vulgò vocamus den Landfrieden/ quæ pœna eſt, quod ipſo facto vel ipſo jure incidant in bannum Imperii, hoc eſt, vitæ & bonorum proſcriptionem, daß ſie mit der That in des Reichs Acht fallen/ vnd alsbald ſie in dieſelbige von dem Reich erkläret/ einem jeden jhr Leib vnd Gut erläubet ſey / daß niemand daran freveln noch verbrechen mag / daß alle Verſchreibung vnd obligation, ſo jhnen zuſtehen/ darauff ſie gegen andern Forderung haben/ auffgehaben/ vnd caſſirt/ ſie ſelbſten jhrer

à primis Edicti verbis; *arg. l.1.de vi & vi arm. Schneid. d. l. nu. 18.* (d) Neque enim hîc, exæquatâ hodiè violentiarum naturâ, *vid. inf.lit.f.* refert, juſtè quis, an injuſtè, etiam ab eo ipſo cum quo experitur, poſſideat §. *6. Inſt. de Interdict. d. l. 1. §. 14. h. t.* quod ſpeciale habet hoc interdictum à ſuperioribus, *Bach.ad Treutl. d. Diſp. 25. th.5. lit.c.* Unde etiam prædoni *d.l.1. § 30.hîc c.in litteris de reſtit. ſpol.* quamvis ſpolietur à rei domino, dabitur, *argum. l.7. C. ad L.Jul. de vi publ.* quod tamen verum putamus, niſi vel 1. In continenti dominus illatam vim vi depulerit, quod licitum eſt; *l. 3. §. 9. & l. 17. h. t.* Cum quo concordat etiam Landfried / *ſub rubr.* von Peen der Friedbrecher *l. in fin. ibi:* daß dem Beſchädigten gegen die Friedbrecher und Beſchädiger ſein Gewehr und Verfolgung zu thun auff friſcher That / oder wenn er ſeine Freunde zu Helffern haben mag / unbenommen ſeyn ſoll / etc. Vel 2. (quam ſententiam communem teſtatur, & approbat *Menoch. recuper. rem. 1. n. 113.*) niſi ex actis conſtet, prædonem eſſe manifeſtum, adeoque notorium ſit, eum per injuriam ſine omni titulo poſſidere, *arg. c. propoſuit. 24. de appell. c.cum dilectus, ibiq; Gl. de cauſa poſſ. & propr.add. Bachov. ad Treutler. d. lit.c.* (e) *d.l.1. §.23. h.t.* ſive per ſe, vel per alium, veluti Procuratorem, Colonum, Servum, *d.l.1. §.22. & 45. & l. ult. eod. argum. l.9.de A. P.* ſive naturaliter & civiliter ſimul, *d.l.1.§.1.* ſive civiliter tantùm *d.l.1.§.9.& §.24. l.10.C. eod.* ſive etiam naturaliter tantùm poſſideat.*d.§.9.* Unde concludunt, directum etiam dari Uſufructuario, *arg.l.12.de A.P. l.3.§.13. ſeqq. h.t.* etiamſi pendente ſpoliatione tempus uſusfructus finiatur *l. 9. §.1. h.t.* Emphyteutæ, *arg.d.l. §. 9. hîc. add. Bachov. d. lit.i. & quæ dixi 3. th.18. lit.b.* Vaſallo; Nam & hic rem feudalem naturaliter poſſidere dicitur *c. un. §. 1. 2. F. 2.* Intellige tamen, huic dari, ſi contra extraneum ſpoliatorem, non etiam ſi contra dominum agere velit, *arg. d.l.1. §.42. hîc, & l. 9. de obſeq. par. & Patr. præſt. c. un. §. ſi verò Vaſallus. 2. F.2. Zaſ. in Epit. feud. pag.11. n.23. Menoch. d. rem. 1. num.90. ſeqq.* quamvis enim interdictum hoc æſtimationem ipſo jure non lædat, *l. 13. h. t.* de facto tamen gravat; *Weſenb. ad h. t. nu.13. Menoch. d. l.* (f) Quæ duplex eſt, *argum. rubr. de vi & vi arm. & t. t. ff. ad L. Jul. de vi publ. & L. Jul. de vi priv.* Publica, quæ cum armis, & privata, quæ ſine armis commit-

committitur, §. 6. *Inſt. de Interdict.* Unde olim & duplex interdictum extitiſſe conſtat, unum de vi privata, quò Prætor admittebat exceptionem vitioſæ poſſeſſionis, *Paul. lib. 5. ſent. tit. 6. §. vi aut clam.* alterum de vi publica, quo ſine exceptione hac interdicebat; jubebatque ante omnia ſpoliatum reſtitui *l. 7. C. L. Jul. de vi publ. Weſenb. Parat. ff. de vi & vi arm. num. 4. ſeq.* Quâ differentiâ quantum quidem ad poſſeſſionis reſtitutionem, hodiè ſublatâ, unicum remanſit Interdictum in Pandectas relatum, quo vis etiam ſine armis facta tanta judicatur, quanta illa armata, §. 6. *Inſt. h. t. l. 8. C. Unde vi. Menoch. d. rem. 1. num. 7.* Vis autem ſeu violentia, cujus vulgò quinque recenſentur ſpecies, *vid. Jaſ. in l. 9. C. Unde vi, & ex eo referentem Bachov. ad Treutl. d. l. lit. d.* illa tantùm hic conſideratur, quæ expulſiva dicitur, quâ quis alium re ſuâ immobili dejicit & expellit, *l. 5. h. t. l. 9. in fin. pr. Quod metus cauſa.* Nec ergò ſufficit compulſiva. *Men. d. l. num. 102.* ſicut nec ei datur, qui clam poſſeſsione ſua ſpoliatus eſt, *propter l. 1. §. 1. h. t. l. 6. in fin. de A. P. Menoch. nu. 138.* (g) *d. l. 1. §. 1.* ita ut cedat adverſario poſſeſſionem, & ſe eam amiſiſſe fateatur, itidem ad differentiam Interd. Uti poſſid. *Weſenb. Parat. Uti poſſid. num. 5.* Datur verò non ipſi ſolùm dejecto, ſed & heredi cæterisq; ſucceſſoribus §. *1. verſ. ſed heredibus Inſt. de perpet. & temp. act. d. l. 1. §. 44. de vi arm.* ſi & ipſi poſſeſſionem corporaliter apprehenderint; *Treutler. th. 5. lit. e. ibiq; Bachov. Hackelm. d. Diſp. 21. theſ. 18. lit. g.* (h) *l. 1. §. 3. hic.* Non ergò datur pro rebus mobilibus; *l. 1 §. 6. 7. h. t. l. 20. §. 4. quod vi aut clam.* niſi in conſequentiam, & ſecundariò, quatenus rei immobili, unde quis dejicitur, accedunt, *d. l. 1. §. 4. & §. 6. in fin. §. 32. pr. l. 3. §. 15. hic. Schneid. ad d. §. 6. n. 31.* Utiliter tamen competit pro quaſi poſſeſſione rerum etiam incorporalium ac jurium, *Panorm. in c. olim 16. de reſt. ſpol.* quia & hæc pro immobilibus habentur, *ut dixi ſupr. th. 18. lit. b. Weſenb. Parat. hic n. 9. Men. d. rem. n. 81.* (i) *t. t. hic.* quò

In ſingularem verò ſucceſſorem Jure Civili (ſecus quàm Jure Pontificio, cujus remedia in hanc rem prodita, quemcunque malæ fidei poſſeſſorem perſequuntur *c.ſæpè de reſtit. ſpol. vid. Fachin. lib.8. converſ. jur. c.12.*) non item, *l. 7. & l. 15. hic.* præterquam, ubi in ſubſidium datur eo caſu, quo qui occupavit, ſolvendo non eſt; *vid. Bachov. ad Treutl. d. th. 5. lit. e.* (k) *l. 7. C. Ad L. Jul. de vi, l. 14. C. de agric. & Cenſ. lib. 11. c. nullus cauſa 2. q. 2. c. 1. 2. & t. t. de reſt. ſpol.* quod potiſſimum in odium ſpoliantis introductum, *vid. latè Men. d. rem. 1. n. 13. ſeqq.* Non ergò ſufficit, ſi ſpoliator in cōtinenti offerat dominii probationem, *arg. dd. textt. Schneid. ad d. §. n. 32. Men. d. rem. n. 239. Bach ad Tr. d. th. lit. f.* Nec reſtitutionem impedit, licet ſpoliatus poſt factam ſpoliationem dominio rei renunciaverit, niſi factum hoc fuerit coram judice competenti, vel etiam ipſe ſpoliatus per multos dies non fuerit conqueſtus; *Menoch. d. rem. 1. n. 263.* Quod ſi verò poſt factam ſpoliationem dejectus cum dejiciente pepigerit, ſe poſſeſſorio non acturum, rectè dicitur, agere eum non poſſe, ut reſtituatur *text. in l. 27. §. 4. verſ. Item ne experiar. de pact.* Idem dicendum, ſi pactum fuerit de non moleſtando poſſeſſorem, item de non movendo ipſi controverſiam, quod magis obtinet, ſi acceſſerit juramentum; *Abbas in c. 2. in fin. de reſt. ſpol. Vid. de his Men. n. 281. ſeqq.* Denique limitari video prædictam brocardicam Doctorum; Ante omnia non reſtitui ſpoliatum cum ex reſtitutione irreparabile damnum ſequi poteſt, quam ſententiam Doctorum *in c. literas de reſt. ſpol. & in l. 12. §. 1. de A. P.* communem teſtatur *Men. d. rem. 1. n. 308.* & adeò veram, ut hoc caſu liceat etiam judici ipſi reſiſtere; Unde non inconcinna videtur aſſertio eorū, qui hodiè vel ex unico hoc capite reſtitutionem bonorū Eccleſiaſticorum, (ſi vel unquam poſt Paſſav. transactionem occupatorum vitioſa eſſet poſſeſſio, quod tamen nondum oſtenſum; *Extat hanc in rem elegans Conſilium JCti cujuſdam Sax. quod videri poteſt præter ea quæ habet Petr. Syring. diſc. de Pac. Relig. n. 40. circa fin.*) à Principibus & Statibus Imp. Aug. Conf. Jure denegari poſſe exiſtimant; cum certiſſimum ſit, exinde non ſolùm ingentem confuſionem ſuborturam, ſed imò plerorumque Principum Illuſtres familias, multas etiam nobiles provincias, quarum Status publicus in iſtorū bonorum reditibus funda-

ſundatus, peſſum ituras, conſequenter ſeculari regimine, adeò debilitato & imminuto, brevi ipſam Imperii faciem ac formam immutatum iri. *prout non ita pridem id vidi eleganter in ſcripto quopiam deductum.* (l) *§. 6. Inſt. de Interd. l. 1. §. 31. de vi & vi arm. l. 68. de R.V. Weſ. d. l. n. 13.* ſive poſſideat ſpoliator, ſive non, quo caſu, licet ſine culpa poſſidere deſierit, adhuc æſtimatio debetur, *l. 6. l. 15. d. l. 1. §. 33. ſeqq. & §. 42. hic.* Veniet quoque in reſtitutionem omne damnum, quod ob dejectionem emerſit; *Menoch. d. rem. 1. n. 6.* etiam fructus & acceſſiones omnes, *atq l. 38. §. 4. de uſur. text. in c. gravis de reſt. ſpol. Dd. in l. 12. de A.P. l. 24. §. 4. de Min. l. 27. §. 1. eod.* quod tamen, ut & ipſam reſtitutionem, non niſi probata à ſpoliato violentiâ procedere rectè putat *Menoch. d. rem. n. 413. Fachin. lib. 8. contr. c. 9.* Ex quo incongruum & iniquum putamus poſtulatum JCtorum Dillingenſ. *in lib. de Compoſ. Pac. c. 8. quæſt. 54. & quæſt. 57. n. 97. ubi vide.* Fructus autem illos non ex ſpoliatoris ſed ſpoliati perſona æſtimandos eſſe ſatis probat, *l. 62. in fin. de R.V. l. 39. §. 1. de leg. 1. l. 4. C. Unde vi. add. Men d. l.*

XXI.

Diviſionibus Interdictorum principalioribus ſubjungo nunc & quartam *illam, quam ad eorum* Adjuncta *ſuprà retuli. Illa deſumitur* à tẽpore, *1. Eo, in quod Interdicta referuntur. 2. Eo quo durant; Ratione illius Interdicta alia ſunt, quæ referuntur* in præteritum, (a) *alia quæ* in præſens, (b) *alia quæ* in futurum. (c) *Ratione hujus Interdicta quædam* annália *ſunt*, (d) *quædam* perpetua. (e)

(a) *L. 1. §. 1. de Interd.* qualia ſunt ea, quibus vel factum vel

leficio quodam deſcendunt, adeoq; pœnalia ſunt; *arg. l. 35. de O. A.* Uti eſt Interd. Ne vis fiat, exceptâ legatorum cauſâ, *l. 1. §. 8. eod. tit. add. Weſ. Parat. eod. Ne vis fiat. n. 5. ſeq.* Interd. Unde vi, *l. 1. pr. de vi & vi arm. l. 2. C. Unde vi. l. 5. C. de Except.* Idemq; traditur de Interdicto Quod vi aut clam *l. 15. §. 3. ſeqq. Quod vi aut clam.* Quod tamen ſecundum Accurſ. verum intelligo 1 Quoad perſecutionem pœnæ, Nam quoad perſecutionē ejus, q; ad alterum pervenit, Interdicta hæc perpetua ſunt *l. 4. pr. de Interd. l. 1. pr. & §. 39. l. 3. §. 12. de vi arm.* 2. Si deducatur factum vel delictum per modū actionis, ſecus ſi per modum exceptionis; *gl. in l. 2. C. Unde vi,* ſiquidem temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum, *c. pure in fin. de Except. dol. l. 5. ibiq; Dd. C. de Except* (e) Qualia ſunt, quæ rei perſecutionem habent, *arg. d. l. 35 de O. A.* quo pertinere videntur Interdicta in rem adipiſcendæ, quæ eodem tempore, quo aliæ vindicationes durare videntur, *arg. l. 1. Quor. bon,* facit quod Interd. Quor. bonor. exemplo petitionis hereditatis 30. annis durare ex Dd. tradit *Men. rem. 1. adip. poſſ n. 101.* Ejusdem conditionis eſſe videtur Interd. quod Legatorum, quod ſimpliciter heredi dari dicitur, *l 1. §. 3. quod Legat.* Nec item anno finitur interd. de Tabb. exhib. *l. 3. § ult. eod. tit. Weſ. Parat. eod. n. 8.* quippe q; non pœnale eſſe, ſed aliquo modo perſecutionem ejus, quod intereſt, continere videtur, *Bach. ad Treutl. d. D. 15. th. 1. lit. f.* Cæterùm circa Interdict. retinendæ notandum, & ipſa perpetua eſſe, ſiquidem agatur ratione ejus, quod pervenit ad turbatorem, itemq; ratione turbationis in futurum, quia poſitâ & durante turbatione durat Interdictū; Secus ſi agatur ratione Intereſſe præteritæ turbationis; Tunc n. ultra annum non dantur *arg. l. 1. in fin. pr. Uti poſſ. Men. rem. 3. retin. poſſ. n. 706. ſeqq.* Deniq; perpetua & illa Interdicta dicimus, quorum actio popularis, nec propter intereſſe publicum præſcribi poteſt, *l. 2. de via publ. Weſ. Parat. ff. Ne quid in loc. publ. n. 5.* qualia ſunt ea omnia, quæ tuendis Rebus publicis ſunt prodita & enarravimus partim, s. *th. 4. lit. d.* Quo etiam pertinet Interdict. de Libero homine exhibendo *l. 3. §. 15. eodem tit.* quoniam nec libertati præſcribitur, *arg. l. fin. C. in quib. cauſis ceſſ. long. temp. præſcr. Weſenb. in Parat. eod. de lib. hom. exhib. n. 3.*

Atque

Atque hæc hactenus divinâ favente gratiâ de Interdictis, non quæ debui, ſed quæ potui, pro ingenii modulo & temporis brevitate dicta ſufficiant, quibus ſi quid ſecius, quàm oportuit, dictum, cum illo claudo Auguſtini; *Multa ſunt in omni opuſculo, quæ juſto judicio & nullâ temeritate culpari poſſunt, nullusq; reprehenſor æquus formidandus eſt amatori veritatis.*

Παράδοξα.

I.

AN Jus Publicum in Academiis doceri expediat? Non dubitamus.

II.

Poſſit'ne Conſiliarius perfectus eſſe abſq; Juris privati cognitione? Diſting.

III.

An pacificatio Religionis Anno 1555. facta ſapiat naturam fœderis ſeu transactionis, an potius conſtitutionis pragmaticæ? Poſterius defend.

IV.

Annon vigore Pacis Relig. æquali jure Aug. Conſ. adhærentes Religione ſuâ, templis, miniſteriis, ceremoniis utantur, quo Catholici? Quidni?

V.

An qui Status vel Civitates Imperii Anno 48. acceptarunt librum Interimiſticum, Religioſâ Pace ſint excludendi? Neutiquam.

VI.

VII.

An qui ex ejuſmodi bonis v. gr. monaſteriis occupatis & reformatis ſuperſtites Monachos vel perſonas Clericas ſeu Religioſas poſt conſtitutam Pacem Relig. puta poſt Annum 555. ſuſtentarunt & tolerarunt, gaudere nequeant beneficio Pacificationis? Novam putaremus, & ſine fundamento aſſertionem.

VIII.

Utrum Princeps miniſtros ſuos delinquentes publicè punire debeat, an verò diſſimulato crimine conniventibus oculis agere, aliaq́, ratione, quod ſecus factum eſt, emendare? Dicemus cum Tiber. apud Tac. 1. Annal. *Non ſemper tempus eſſe cenſuræ &c.*

Ad Præſtantiſſimum & Eruditiſſimum

DN. CHRISTOPHORUM RüGERUM, Commenſalem ſuum pl. dilectum, de Interdictis publicê differentem.

D. JOHANNIS GERHARDI

Προσφώνησις.

MAgni RüGERE Nate Patris unice,
Et unicè dilecte, cui favet Themis,
Dux inclutus favet, boniq́ue quilibet,
Ob eruditionis omnis copiam,
Vitæ probæ, decentis ob modeſtiam.
Boni RüGERE Nate Patris optime,
Menſæ meæ, mentis meæq́ue portio,
Dum tu Lycêi clara ſcandis pulpita,
Interq́ue dicta diſcutis ſubtiliter,
Edicta promulgat Themis prætoria.
Sertum paretur huic meo prænobile.

FINIS.

BIBLIOTHECA ...